



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad  
Annum 1746

**Luxemburgi, 1752**

CVII. De Ritibus, ceremoniis, usibus, & consuetidinibus in Regnis  
Madurensi, Mayssurensi, & Carnatensi Indiarum Orientalium obsercandis,  
seu vitandis, permittendis, aut abolendis: Confirmantur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

1744.  
Dat. die 23.  
Aug. 1744.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Magorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragefimo quarto, quando Kalendas Septembres, Pontificatus Nostræ Anno Quinto.

D. Card. Paffioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevia. Public. die 26. Septembres ejusdem Anni.

De Ritibus, Cæmeroniis, Usibus, & Consuetudinibus in Regnis Madurenis, Mayssurenis, & Carnatenis Indiarum Orientalium observandis, seu vitanis, permittendis, aut abolendis. Confirmantur Praedecessorum Decreta: Et ad nova Postulata dantur oportunæ Declarationes, & Responsiones.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proemium.

Pontificis studium pro rudentia Fidei & discipline puritate, & Ecclesiæ concordia.

**O**MNIA sollicitudinum, quæ demandatum Nobis, Divino prorsus consilio, nulloque merito nostro, supremi universalisque Paftronis munus gravissimum prater modum, formidandumque constituant, potissima sanè, quæque magis animum nostrum extinxular, Noſque perpetuō trepidantes, & anxios habet, ea elt, ut conceditum Nobis Fidei depositum, integrum, illibatumque servemus; ideoque omne Itudium nostrum operamque in id conseruamus, ut latè diffuentes super faciem Terræ Coelitis doctrinæ latices nullo aut corruptela luto, aut erroris inficiantur veneno, dumque Evangelica lux undeque diffunditur, nulla forte Gentilitatis superstitione obumbretur; atque ut ii, quos è potestate tenebrarum erutos, contraxis ferreis infidelitatis vestibus, in admirabile lumen suum vocavit misericors Deus, in spemque evehit aeternæ salutis, & haereditatis, corde credentes ad iustitiam, operibusque quod credunt comprobantes, & mystici Corporis Christi, quod est Ecclesia, digna se membra exhibentes, id ipsum dicant, ut Apostolus exoptabat ardenter, & sint perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Hinc cum primum Altissimo placuit humiliatum nostrum ad summi Apostolatus apicem evehere, nulli unquam labori parcerre decrevimus, quem non solum ad propagandam in omnem Terram Fidei, & salutis scientiam, sed etiam ad unitatem spiritus, & doctrinae inter Fideles ubique foventandam & confirmandam, vel sicubi opus esset, reconciliandam & stabiliendam, opitulante Deo, proficuum & necessarium fore deprehenderemus.

**§. 1.** Verum quum eam ab causam ad extremas usque Orbis Terra Plagas mentis noſtre obtutus, dirigeremus, eosque peculiariter figeremus in novella illa germina Christianitatis, quæ, Divinâ irrortante gratiâ, in novis Ecclesiis Regionum Madurenis, Mayssurenis, & Carnatenis dudum pullularunt, non parvam Nobis inde laborum, atque curarum materiem allatum iri verebamur, dum animo recenseremus quantum, & quam diu Apostolica Praedecessorum Noſtrorum desudauerit industria, ut ex recens coalescentibus predictorum Regionum Ecclesiis, vanarum observationum, rituumque à Christiana Religione abhorrentium zizania radicis evellerent, atque importunas controversias inter

sacros ipsos Regionum illarum Operarios in rem gravi exortas, & quod magis dolendum erat, inimici hominis opera, noſtri adhuc temporibus perfiantes, componerent, atque elminarent. Attamen fiduciam noſtram collocantes in Domino, qui humanos animos, ubi vult, fortiter, suaviterque inflectit; potissimum vero quum, delatis ad Nos argumentis filialis obedientia, qua plerique illarum Partium Missionarii supremi hujus Apostolicae Sedis Decreta se exciperre professi sunt, Nobis expositum fuit, ad omnes demum iis de rebus controversias fedandas, ac predicatorum Ecclesiastum statum componentum, atque firmandum, nil aliud jam reliquum esse, quam ut ad nonnulla postulata, quæ ex parte aliquorum Operariorum hujusmodi in Nobis proponebantur, congruae resolutiones, & responsiones, Apostolicae auctoritate prodirent; magnam in spem erecti sumus, fore ut, sublati per opportuna rescripta propositis dubitationibus, ac finitivis demum noſtris & hujus Apostolicae Sedi mandatis atque praecipitis editis, ac promulgatis, optatus aliquando finis imponeretur diuturnis moleſtisque dissensionibus, quæ Prædicationis Evangelicæ in praedictis Regnis olim disseminata fructum late inficienes, ipsaſque novarum Ecclesiastum soboles vehementi discordiarum turbine agitantes, eodem adduxerant, ut tot Verbi Dei præcones eximiū sine causa adhuc laborasse, largoſque sudores, & sanguinem ipsum frustra effudisse viderentur.

**§. 2.** Ut enim multa prætereamus, quæ retroactis temporibus hac in re acciderint; graviores, quas innuimus, controversiae hoc ipso inuite ſeculo eruperunt, ſeptem renovatae fuerunt, quum à fel. record. Praedecessore Noſtro Clemente Papa XI missus, ad Oram Coronadeli appulit bo. mem. Carolus Thomas, tunc Patriarcha Antiochenus, cum potestate Legati à Latere in Indiis Orientalibus Commissarius, & Visitator Apostolicus, deinde hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Turnonius nuncupatus. Is enim, eodem appulisset, ad trutinam vocatis nonnullis cæremoniis, quæ ab aliquibus Missionariis obſervabantur, vel permettebantur, ab aliis vero tamquam Christianæ pietatis spiritui minimè conformes rejiciebantur, unde discordiarum, & nettissimorum disputacionum semina; expioratis, eā, qua par erat, diligentiā, factis & circumstantiis, ē re Christiana esse, ſuīque Officii partes exigere judicavit, plures hujusmodi cæremonias gravi interdicto proscribere, atque damnare; latoque Edicto, ſeu Decreto, certam Missionarii normam præscribere, quam in excolendo Dominico illo Agro cuncti fervarent, ut Divini Verbi semen, præcisus lolio, & vepribus, altas agere radices, & felicissime posset propagari. Quod quidem à ſe editum Decretum à Missionum illarum Provincialibus, & Superioribus, ſub poena Excommunicationis latè ſententia, à cæteris veſcio Subditis Missionariis, ſub poena suspensionis à Divinis ipso facto incurriende, inviolabiliter obſervati & executioni mandari præcepit, donec aliter Apostolica Sedes provideret. Exemplum autem Decreti ejusmodi eſt, videlicet:

**§. 3.** Carolus Thomas Maillard de Tournon, Dic., & Apostolica Sedis gratia Patriarcha Antiochenus, Sanctissimi Domini Noſtri Clementis Divina Providentia Papæ XI. Prælatus Domesticus, ejusque Pontificia ſola Aſſiſtens, neconon Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis contra hereticam pravitatem Conſilior, ac in Indiis Orientalibus, & Sinarum Imperio, ſinitimique Insulis Commissarius, & Visitator Apostolicus cum facultate Legati à Latere &c.

Inter graviores, quibus premimur, curas pro Apostolici Visitatori munere nobis, licet tanta

1744.

Quas per  
praetentum  
publicatio-  
nem extin-  
guendas esse  
non sine cau-  
ſa confidit.

Appulſus bo.  
mem. Card.  
de Tournon,  
Commissar.  
Apostol. ad  
Indias Ori-  
entales.

Eiusdem ju-  
dicium, &  
Decretum  
super Riti-  
bus Malabar-  
ricis.

Tenor De-  
creti ab eo  
editi Pudi-  
cherii die 23.  
Juuii 1704.

Proemium.

1744.

onori in paribus, injuncto, ea sanè est præcipua, cum nos huc missos esse consideramus ad expurgandum Dominicum agrum à zizaniis novella Chriſti germina ſiffocantibus, & de alienis peccatis rationem eſe reddituros, qui aeternam Dei ultionem pro noſtriſ nūquā ſatia expiantis jure formidamus: Quamobrem ſatim atque ad has Indiarum oras ap- pulimus, mentis noſtri oculis per vafifimmas illas Orientales Regiones circumferentes, dum corpus perinaci morbo jaceret detentum, Miffionum ne- ceſſitatis undique inquirere curavimus, ut iſdem pro viribus de opportuno remedio proſpereremus. Et quidem meritò inter primas noſtri ſollicitudini occurserunt novæ Domini vineæ in Regnis Madurensi, & Maisur, recentiisque Carnatenſi, iſdem ferè legibus, parique labore, ab Evangelicis Socie- tatis Iefu Operariis Lufitanis, & Gallis plantata, ubi inter Ethnorum, atque Gentilium perfec- tiones, ac inter tot vitæ aperitantes, videntes germinant Evangelii palmites, affiduis Miffionariorum ſudoribus irrigati. Illuc ſanè fuifsemus, non minus laboris, quam gaudii in Christo Iefu participes eſe velebementer cupientes, niſi hoc nobis diuitiæ in- firmitas prohibuifet. Quod autem per nos ipſos im- mediatè obtinere non licuit, exhibitiū erga nos, & Sanctam Sedem Apostolicam obsequium à Patribus Venantio Bouchet Carnatenſi Miffionis Superiore, & Carolo Michaeli Bartoldo Madurenſe Miffionario, viris doctrina, & propaganda Fidei zelo præſtantis, opportunity ſuppedavit. Enim verò cùm ab illis, in moribus, lingua, & Religio- ne iſtarum Regionum ex longa in hi vitæ conſuetudine apprime verfatis, plura certius cognoverimus, quia eſdem palmites enerves reddant, & fructu vacuos, ut potè qui Gentilium vanitatis magis inhærent, quam vii, quæ eſt Christus; in multo experimento tribulationis abundantia gaudii noſtri fuit. Rebus itaque maturo examini ſuppoſitus, diſcipli Patribus orevenus ac in ſcripsiſ ſuſe auditis, atque Dei ope publicis precibus implora- ta, ut Fidei puritati, spiritualique Christianorum prouentui ſalubriter in Domino confulamus, utque fiat oblatio Gentilium accepta, & sanctifi- cata in Spiritu Sancto, ad præſens Decretum auſtoritate Apoſtolica, etiam cum facultate Legati de Latere, devenimus.

I. De Baptiſmo. Quid in eo admi- nistrando non omittan- tur Sacra- mentalia.

Quod Baptiſ- zando impo- natur no- men aliu- juis Sancti.

Et generali- ter nomina- gerum Sacra- rum non de- preventur.

Quod colla- tio Baptiſti Infantiſ non protra- hatur.

ſcientiam eorum onerantes, niſi filios intra prefixum tempus ad Eccleſiam deferant ſacro fonte ablueendos. Præterea cum moris hujus regionis sit, ut Infantes ſex, vel septem annorum, interdum etiam in teneriori aetate, ex Genitorum conſenſu, matri monium indiſſoluble de praſenti contrahant per imponitionem Tally, ſeu aureæ teſerae nuptialis, uxoris collo penſili; Miffionariis mandamus, ne hujusmodi irrite matrimonio inter Christianos fieri permittant, nec Sponſos ſic conjuſtos cobabitare ſint, donec completa legitima aetate, & explorato eorum conſenſu, in faciem Eccleſie, juxta formam à Sacer Conclio Tridentino prafcriptam, verum, & Canonicum matrimonium contrarerint. Et quoniam apud peritores impia illius Religionis Seclatores Tally prafefert imaginem, licet informem, Pulleyaris, ſive Pyllajaris Idoli nuptialibus ceremoniis prafopſiti; Cumque dedebeat Christianas mulieres talem effigiem collo deferre in ſignum matrimonii; diſtriſle prohibemus, ne in posterum audeant Tally cum hac effigie collo appendere; & ne uxores innuptæ videantur, poterunt uti alio Tally, vel Sanctissima Crucis, vel Domini Noſtri Iefu Christi, vel Beatissime Virginis, vel alia qua- vis religioſa imagine ornata: Et cum Superſtitio- ne non careat funiculæ centum & octo filis compoſitus, & croco ſucco delinitus, quo plerique dictum Tally appendunt; prohibemus etiam diſtorum Filorum numerum, & unclionem.

Cæremonie etiam nuptiales juxta barum regio- num morem tot ſunt, tantoque Superſtitione ma- culata, ut tutius remedium aptari non posset, quam eas omnino interdicendo, cum undique no- Xia Gentilitatis labo ſeante; & diſſicillimum fit eas à Superſtitioſis expurgare. At vero in faciliori conversione via, & Neophytorum commode, quantum fieri potest in Domino indulgeamus, Miffionariis, & præcipue Miffionum Superioribus in- jungimus, ut novis adhibitis diligenter, ſeveriori- que calculo, Superſtitioſa omnia à diſcipli- ca expungant, itau nilibz inultum relinquatur, quod Christianam pietatem offendat, & Gentilium Super- ſtitioñem redoleat; & signanter præter eas, quas audiuvimus jam ſtatutis in hac materia ab iſdem Miffionariis reformationes, ramus arboris Areſcio- mara omnino auferatur, ſercularum numerus, non minus ac citi prafcripta qualitas, varie- tur; Circuli ſuper caput ſponſorum ad tollenda ma- leſicia, omittantur; Et quod de ſerculis diximus, de luteis vasis ibidem adhiberi ſolitis à nobis dic- tum, & prohibitiuſ intelligatur; fructus etiam, vulgo diſcipli Cocco, ex cuius frælione proſperita- tis, vel inforunii auspicio Gentiles temere ducunt, vel omnino à Christianorum nuptiis rejiciuntur; vel ſaltē, fi illum comedere velint, non publice, ſed ſecretō, & extra ſolemnitatem aperient ab iis, qui Evangelica luce edociti, ab hujusmodi auſpicio- rum deliramento ſunt alieni.

Nullus ritus, & ſufficienter diſpoſitus arceatur à Sacramento penitentia, ad peccatorum remiſſio- nem, tanquam instrumento divina Mifericordia, a Christo Domino iſtituto, & signanter mulieres menstruali morbo laborantes; non attenit diebus purificationis juxta morem Gentilium, cum hæc Sacramentalis vera anima purificatio, & non alia, ſit attendenda à Christifidelibus, eorumque Paſſo- ribus; quibus præterea non licet nec per ſe ipſos, nec per Catechitas, nec per altos quecumque, diſcipli mulieribus prohibere accessum ad Eccleſiam, vel ad Confessarium, durante diſta infirmitate, & diſcipli purificationis tempore. Dedeget etiam Christiana Virginis honestatem prima vice diſcipli morbo laborantis, illum Cognatis, Viciniſ, & Amicoſ notum facere, ac inverecundè publicare. iſque Ethnorum more & ritu, in ejus domum collectis, ſuper re tam ſordida festum inſtituere; Quocirca hujusmodi celebritates & rius orthodoxis puellis penitus interdicimus, & abolemus; Miffionariisque injungimus, ut non ſolum eas, verū etiam Gen-

ANNO

1744.

II. Mati- monia non contrahantur ante puber- taem.

Prohibe- nti Mulieribus uilius Tally ad inſtar Gentilium.

Et funicu- los filiorum.

Nuptiarum Rituſ ab omni Superſtitio- ne expug- nantur.

Fructus, vul- go Cocco, non frangatur ad capien- da aufſpiciā.

III. Mulie- res non ar- ceantur à Sa- cramentis ex cauſa men- truæ purga- tionis.

Dannatur ſe- ſtiva gratia- tio ſuper prima pur- gatione Pa- elic continu- gente.

tores

1744.

tores moneant, quād dissona sit Virginei pudoris legibus hujusmodi obscena consuetudo, quæ a Gentilium impudentia videtur inducta, ut ita labefactata puerorum verecundia, eas effrenat ad libidinem provocare valent.

IV. Quod Pareis omne præfatur spissitudine subſidium etiam in ipiorum domibus.

Ferre pariter non possumus, quod à Medicis spiritualibus pro animarum salute ea charitatis officia degenentur, quæ Medici Gentiles, nobilis etiam generis, seu Caſta, pro corporis salute praeflare non deditantur Infirmis etiam abjectæ, & infirmæ conditionis, vulgo dicti Pareas. Quapropter diſtriictè mandamus Missionariis, ut, quantum in ipsis erit, nemini è Christianis agrotis, quāmvis Pareas, & vilioris, si adfert, generis hominibus, desideranda relinquatur in infirmitate copia Confessarii; & ne ingravescerentibus morbis, cum gravissima vita temporalis periculo, aeternæ consolere cogantur, iisdem Missionariis precipimus, ne Infirmos hujusmodi conditionis ad Ecclesiam deferrēt, sed consultiis domos, ubi agrotant, pro viribus petant, ad eos inviſendos, ac piis sermonibus & precibus, Sacramentorumque pabulo recreando, atque demum eos in extremo vite discrimine constitutos Sancto Infirmorum Olo delitiant, absque perfornarum, aut sexus acceptione, expreſſe damnantes quamcumque praxim huic Christiana pietatis officio contrariant.

V. Christiani Tibicines, alijque arti Muficas Professores operam non præfent in Idolorum Pagodis, & festivitatibus.

Non sine maximo animi nostri marore accepimus etiam, Christianos tympanorum pulsatores, Tibicines, aut alterius cuiuscumque musici instrumenti sonatores ad Idolorum festivitatis & sacrificia accessiri, ad ludendum, & interdum etiam cogi, ob quādam seruitutis speciem erga publicum ab ipsis contracte per hujusmodi artis exercitium, nec facile esse Missionariis eos ab hoc detestabiliter abusu avertire: Quocirca considerantes, quād gravem rationem ejus Deo reddituri, si hujusmodi Christiani deles à Dæmoniorum honore & cultu pro viribus non revocaremus, illis prohibemus, ne imposturum audeant, nec in Pagodis, nec extra, tum occasione Sacrificiorum, tum quarumcumque solemnitatum superstitionis cultu imbuvarum, sonare, aut canere, sub pena excommunicationis latæ sententiae, cum nullo modo licet Christi famulis Belial inservire; Ideo Missionarii non solum eos monere tenobuntur de præfata prohibitione, verum etiam illam omnino executione demandare, & contraficienes ab Ecclesia expellere, donec ex corde resipiscant, & publicis penitentia signis patratur scandalum emendaverint.

VI. Quod Constitutio Gregor. XV. circulacra, & ablutiones comprehendat etiam Missionarios.

Declaramus præterea Pontificiam Constitutionem Gregorii Papæ XV. incipientem: Romanæ Sedi Antistites: ad petitionem Patrum Societatis Jesu editam, qua indigenis Christianis lavacra, non alia occasione & fine, quād corporis reficiendi & a naturalibus foribus mundandi, ab Apostolica Sede permittuntur, interdiuersum tempore, & modo, quibus à Gentilibus adhiberi solent, & que afficeret Evangelicos Operarios, quibus propere non licet sub quamcumque alia causa & fine, etiam ad effectum, ut existimetur Sanias, seu Brachmanes, præ ceteris dediti hujusmodi ablutionibus, illis uti, præserit statuis eorum horis, & ante, vel immediate post quamcumque sacram functionem.

VII. Prohibetur uetus Cinerum, præter modum, & tenuis ab Ecclesia receptum, & omnia signa superstitionis damnantur.

Cineres itidem ex Vacca sclerore confectos, & impiam Gentilium penitentiam à Rutren institutam redolentes, benedicere, eosque fronti Sacro Christmate delitius impingere, sive alia quamcumque signa albi, vel rubei coloris, quibus Indi superstitionis in fronte, vel in pectori, aut in aliis quavis corporis parte utinatur, deferre prohibemus; Mandantes, ut Sanctæ Ecclesiæ consuetudo, prius ritus Cineres benedici, illisque Christianorum caput Crucis signandi, ad humana infirmitatis memoriam recolendam, religiosè serventur, tempore, ac modo ab Ecclesia præscripto, scilicet feria quarta Cinerum, & non alias.

Ei demum, quia ex librorum de falso religione,

Bullarii Romani Contin. Pars X.

& de rebus obscuris, superstitionisque tractantium lectura, venenum ut plurimum serpere solet ad cor Fidelum, quo non minus Fidei puritas offenditur, quād mores corruptiuntur, magnopere commendantes zelum, ac studium Missionariorum, qui libros sacra Ecclesiæ Catholice doctrinam, rerumque Sacrarum monumenta continent, pro Indorum Christifidelium eruditio, in linguam Malabaricam, seu Tamulicam translata, vel novos pro illorum commodo, & institutione composuerunt; iisdem Christifidelibus expreſſe interdicimus fabulos Genilius libros, eosque legere, & retinere probemus, sub pena excommunicationis latæ sententiae, nisi prius habita licentia Parochi, seu Missionarii curam animarum exercentis, quorum prudentie committimus facultatem super bonis dispensandi, & libros (si qui forte sunt) noxia superstitione vacuos, & nihil contra bonos mores trahentes, pro Christianorum usū feligendi, eorumque lectorum permittendi.

Ea igitur universa, & singula auctoritate Apostolica, & tenore prædictis damnamus, ac districtori, quo possumus, modo prohibemus. Mandantes Patri Provinciali Provincia Malabarica, ceterisque Superioribus Societatis Jesu in Indiis Orientalibus, ut hoc nostrum Decretum noſtient singulis Missionariis, sive alius quibuscumque curam animarum exercentibus sibi subiectis, illudque perpetuo, & inviolabilitate exequi faciant, sub pena excommunicationis latæ sententiae quoad Provinciales, & Superiores, & suspensions à Divinis ipso facto incurriende quoad Subditos contraficientes, seu aliter permittentes. Atque ita decernimus, & mandamus in omnibus, donec aliud fuerit ab Apostolica Sede, vel à Nobis ejusdem auctoritate prouisum, inviolabilitate servari, non obstantibus quibuscumque.

Ei nè ex his, quæ expreſſe præcepta, vel prohibita à nobis fuere, tacitum quis deducere valeat, in reliquis practicari solitis in ipsis Missionibus, nostrum aſſensum, seu approbationem; (cum plura forsan reformatione digna nostram cognitionem effugerint, & alia matutin examen postulanta indecisa remanserint), hanc interpretationem omnino rejicimus, & menti nostra esse contraria declaramus. Volumus autem justis de causis, ut hoc nostrum Decretum afficiat, & pro publicato habeatur post illius tradicionem à nostro Cancellario faciendan Patri Guidoni Tachard Vice-Provinciali Patrium Gallorum Societatis Jesu in Indiis; cui properea in virtute Sanctæ Obedientie onus injungimus, quatuor similia exemplaria transmittendi ad Patrem Provincialem Provincia Malabarica, ac ad Patres Superiorum Missionum Madurensis, & Maisur, & Carnatenis, quibus post bimeticre, & reliquis Missionariis post trimestre à die consignations facienda dicto Patri Tachard, idem Decretum pro publicato, & notificato pariter habeatur.

Datum Pudicherii in Sancta Visitatione Apostolica hac die 23. Junii 1704. & publicatum die 8. Iulii ejusdem anni 1704. per traditionem factam coram Ilmo, & Rmo Domino per me Cancellarium infra scriptum Rev. Patri Guidoni Tachard Patrium Gallorum Societatis Jesu in Indiis Orientalibus Superiori, presentibus RR. Patribus Francisco Laines, Superiori Missionis Madurensis, ac Venatio Bouchet Superiori Missionis Carnatenis, Carolus Thomas Patriarcha Antiochenus Visitator Apostolicus.

Andreas Candela Sacra Visitationis Apostolicae Cancellarius.

§. 4. Quoniam autem de re maximâ, eaque gravissimâ agebatur, idem Antiochenus Patriarcha Litteris suis totam rei gestæ seriem Apostolicae Sedi exactissimè renuntiavit, latumque ab se Decretum supremo illius judicio subjecit. Quibus ad Urbem allatis Litteris, idem Prædecessor Noster Clemens Papa XI. supradictum Vicarii Apostolici Decretum ritè perpenſum,

1744.  
VIII. Quid servandum sit circa librum Gentilium usum.

Mandat hoc Decretum publicari, & obtervari, donec aliud fuerit à Sancta Sede provisum, sub pennis &c.

Declarat, quod per Decretum hujusmodi non intendit approbare alia, si quæ sint, reformatio ne digna.

Prescribit publicationis formam, ejusdemque servata effec tum.

Dat. 23. Iunii, & publicat. 8. Iulii 1704.

Relatum Decretum confirmatur à Clem. XI. Pont. Max. cum clausula, donec &c.

1744.

atque etiam in Congregatione Sancti Officii diligenter examini subjectum, in omnibus servandum, & exequendum esse statuit, eam tamen additam clausula: Donec alter a Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hujusmodi Decreto afferendum habuerint. Ea Pontificis in Congregatione Sancti Officii resolutio sequens est tenor: videlicet:

Tenor resolutionis ejusdem in Congregatione Sancti Officii die 7. Jan. 1706.

§. 5. Feria v. die viij. Januarii 1706. In Congregatione Generali Sanctorum Romanae & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Vaticano, coram Sanctissimo Domino Nostro Domino Clemente Divina Providentia Papa XI., ac Eminentissimis & Reverendissimis Dominis Sancte Romanae Ecclesiae Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Idem Sanctissimus Dominus Noster, relato tenore Decreti editi Pudiciorie die 23. Junii 1704. à D. Carolo Thoma de Tournon Patriarcha Antiocheno Commissario, & Visitatore Apostolico in Imperio Sinarum & aliis Indiarum Orientalium Regnis, necnon literarum inde scriptarum ab eodem D. Patriarcha, nempe die 9. Julii dicti anni 1704. ad prefatos Eminentissimos & Reverendissimos Dominos Cardinales, ac die 10. ejusdem mensis ad R. P. D. Affectorem, distrixi super iisdem de more loquutus fuit. Auditus deinde Voix prefatorum Dominicorum Cardinalium, dixit, rescribendum esse Domino Patriarcha, commendando illius prudentiam, ac zelum, & quod exactè observari debeant ea omnia, quae in Decreto supradicto fuerunt ab ipso prefcripta, donec alter à Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hujusmodi Decreto afferendum habuerint.

Mandat recessum omnium circa Rituum Malabaricos, etiam nondum expressè damnatos, ad Apostolicam Sedem delegata.

Jussi quoque Sanctitas Sua, quod per Patrem Consultorem Joannem Damascenum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium reservantur ea omnia, quae circa nonnullos ritus, ut assertur, superstitiones Christianis Malabaricos in Indiis Orientalibus quibusdam Missionariis, ut prætentur, permisios, jampridem ad eamdem Apostolicam Sedem delegata fuerunt a Fratre Franciscus Maria Turonensi Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Cappuccinorum Missionario illorum partium, ad hoc, ut idem Pater Consultor de his, que sive à san. mem. Gregorio XV. in suis literis die xxxi. Januarii 1623. in forma Brevis defuper expeditis, sive ab eodem Domino Patriarcha in suo Decreto prædicto exprestè damnata, vel prohibita nos fuerint, consicer Suumatum, super quo discurui, ac decerni valeat, quid sit agendum.

Quo vero ad questionem de quibusdam Ignobilibus, ac insinua foris boniibus, qui in eisdem Regionibus vocantur Parcas, & à Nobilibus tamquam infames, & damnati vitantur, Sanctitas Sua dixit, quod separatum examinari debet.

§. 6. Verum hanc providentiam, uberesque, quos inde spes erat prouenturos, fructus frustratus est falsus rumor, qui paucos post annos per Indias increbuit, ipsum nempe Clemens XI. Præfectorum, & relarum Patriarchæ Decretum revocavisse, & nonnullas ex iis ceremonias adprobasse, quas ille tamquam superstitiones, minimèque ferendas prosciperat. Cui falsorum cursum intercepturus laudatus Pontifex Clemens Undecimus, utque omnibus manifesta redderet animi sui sensa, atque impugnatoribus Decretorum à Patriarcha prædicto editorum omne penitus effugium adimeret, quo à præstanta cisdem Decretis debita obedientia se subtrahere quoquo modo posset, die prima Septembris Anni MDCXII. extrahi ex Tabulariis mandavit authenticum exemplum Decreti, quod prædicta die VII. Januarii Anni MDCCVI. emanaverat, & superioris transcriptum est, illudque Episcopo Meliaporensi transmittit jussit, ut ex eo, & is probè nosceret, & aliis etiam Episcopis,

& Missionariis earum Regionum palam faceret, quid eò usque de Patriarchæ Antiocheni Decreto Apostolica Sedes judicasset. Ac nè ullo modo Pontificiæ mentis Oraculum in dubium posset revocari, Decreti exemplo jungendas aligandasque voluit Litteras Apostolicas in forma Brevis, ut sequitur.

§. 7. Venerabilis Frater &c. Non sine gravi anima nostri molestia istis in partibus evulgatis fuisse audivimus, quod praescripta in quodam Decreto die 23. Junii 1704. Pudiciorie edito à bono, memor, Cardinali de Tournon, cum illuc ad Sinensis Imperii oras transmigraturus accedit, à Nobis rescissa, & abrogata, ac simul ceremonia, & Ritus, qui eodem Decreto superstitionis labefacti declarantur, vel omni, vel aliqua ex parte approbati, ac permitti fuerint. Cum autem maximè cupiamus, ut in re tanti momenti non modò Fraternitatibus tuis, verum etiam, te curante, catervis iſtarum Partium Antisitibus, ac Missionariis aperte veritas innotescat; Tibi conjuncta formula à Notario Sancte Romanae & Universalis Inquisitionis subscripta, ac ejusdem Inquisitionis signo roborata, mittenda duximus, ex quibus abunde, ac luculentem intelliges, quemnam ejusmodi in rebus battenuis fuerit, & adhuc sit nostra mens, donec à Nobis, & Apostolica Sede alter decernatur. Quod sapere, Pastorum Principem enixa rogamus, ut in arduis Pastoraliis Officii curis calisti ope sua tibi jugiter adeste velitis. Et Fraternitatibus Tuis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatori die 17. Septembris Anni 1712. Pontificatus Nostri Amo Duodecimo.

§. 8. Quoniam autem unus, & alter annus elapsus jam erat, nec dum confliterat, Sancti Officii Decretum, Pontificiasque Litteras Meliaporensi Episcopo redditas fuisse, idcirco Congregatio Sancte Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis de Propaganda Fide præpositorum novum Decreti Literarumque exemplum Episcopo Claudiopolitano in Cucicheni Provincia Apostolico Vicario die xxiv. Julii Anni MDCCXIV. transmitti curavit, ipsique Pontificio nomine mandavit, ut si forte priores Litterae deperirent, aliave de causa Decreti promulgatio fecuta non esset, caueret ipse diligenter, ut posteriores hæ saltem Meliaporensi Episcopo juridice redderentur, eoque debitum Pontificis mandatis obedientiam praestare, aut relunctare, aut differente, idem ipse Claudiopolitanus Episcopus Apostolicæ Sedi judicium, nullâ interpolata mora, executioni mandaret.

§. 9. Cum tamen Patriarchæ Antiocheni Visitatoris & Commissarii Decretum confirmatum quidem fuisse, sed eā additâ reservatione: Donec alter à Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hujusmodi Decreto afferendum habuerint; haud difficilem se præbuit Clemens XI. audiendis Missionariis, qui post Decreti confirmationem, alisque temporibus, Romanam venerant, eorumque preces benigne excepti, quibus enixa petebant, ut censuraram, quæ in eo Decreto continebantur, suspensionem, unâque simul moderationem, aut ipsiusmodi Decreti interpretationem concederet: utque res matrines expediret, auditus jam non semel Missionariis prædictis, Nobis in minoribus agentibus, Sanctorum Universalis Inquisitionis Consultoris munus obtentibus mandavit, ut ab initio rem totam penitus cognosceremus, atque collectis, quæ ex utraque Parte afferebantur, rationum momentis, de illa à Sancti Officii Congregatio nem plenissimè referemus. Hinc produclus, ex una Parte à Decreti impugnatoribus, facti, juriisque non exiguae molis voluminibus, proditique antiquis, & recentibus documentis, quibus vetitas Decretu observantias superstitione vacare, omnique labe carere conabantur ostendere

exhi-

1744.

Epistola in forma Brevis ab eo scilicet Episcopo Meliaporensi die 17. Septembris 1712.

Cum qua eidem transmisit exempla authenticationis Decreti Cardinali Predicandi.

Congregatio de Propaganda Fide ad Episcopum Claudiopol. sumiliter scribit pro relat. Decreti publicatione.

Clemens XI. ad instantiam Missionariorum totum Ritucausum reassumit.

Ejusque summam, & relationem confici mandat à R.P.D. de Lambertinis, min. Summo Pontifice fel. Re-guante.

Questionem de PARTIBUS separatis examinari jubet.

Falsus rumor per Indias spargitur de revocatione Decreti Card. de Tournon.

Cui se opponit Clemens XI., & præmissa resolutionis exemplum in Indias mittit.

1744.

Innoc. XIII.  
deputat Con-  
gregat. Par-  
ticularem.

exhibuitque ex alia, quae Decreto favebant, rationibus multiplicibus; plenam indè hausimus causæ totius cognitionem, eoque res, quod ad Nos attinebat, adducta erat, ut possemus jam de ea exactè referre.

§. 10. Verum Clemente XI. vitâ functo, ejus Successor fel. pariter record. Innocentius Papa XIII. huic cauæ cognoscendæ peculiarem Congregationem ex leđissimis conflatam Viris non minus integratæ, quām prudentiæ, doctrinâque præstantibus, (quos inter Nos etiam, et si prædictis qualitatibus minime præliti, adscripti fuimus,) deputavit. Qui selecti Viri saepius, per duos & amplius annos, inter se convenientes, communicatis consiliis, longâ rerum indagine, & exquisitâ adhuc diligentiâ, articulatum rem totam discuterunt, Partibus tam voce, quam scripto iterum, ac saepius auditis. Cum autem eo res pervenisset, Innocentio XIII. è vivis sublato, ad Petri Cathedram evectus est san. Benedictus Papa XIII., qui eorum omnium, quæ in hac cauæ gesta fuerant, certior apprimè factus, nec minori flagrans desiderio eam ad optatum finem perducendi, supradictam Congregationem pro ejusdem causæ recto expedito que cursu ad Innocentio Decessore institutam confirmavit, atque inceptum examen prosequi jussit; eaque non multò post examini finem impoñit.

Cujus de-  
putatio à Be-  
ned. XIII.  
confirmatur.Eaque ex-  
mini finem  
imponit.Resolutio  
capta à Be-  
ned. XIII.Eius Episto-  
la in forma  
Brevis ad E-  
piscopos, &  
Missionarios  
distorum  
Regnum data die 12.  
Dec. 1727.

His ita peractis, idem prælaudatus Pontifex Benedictus XIII., causa ad se avocata, Apostolicas Literas in forma Brevis anno MDCCXXVII. exeunte, ad universos Episcopos, & Missionarios Regnorum Madurensis, Mayssurensis, & Carnatenis dedit, quibus prædicti Caroli Thomæ Cardinalis Turnonii Decretum confirmavit, observandumque præcepit. Literæ sunt hujusmodi, videlicet:

§. 12. *Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Episcopis, & Apostolicis Missionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Mayssurensi, & Carnateni.*

BENEDICTUS PAPA XIII.  
*Venerabiles Fratres, ac dilecti Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

*Ad aures nostras pervenit, vocationem Gentium, Ecclesiæ incrementa, propter subortas inter Operarios Evangelicae Melis controversias, magnis iſib[us] difficultib[us] laborare. Quæ quidem eo graviorem nobis dolorem, attulerunt, quo remedia salubriter alias adhibita diutius à nonnullis repudiari intelleximus. Jam enim per bon. mem. Carolum Thomam Patriarcham tunc Antiochenum, cum potestate Legati à latere Apostolicum Visitatorem, deinde hujus Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalem, pleraque ad gl[ori]fientes lites componendas, explicandasque difficultates sapienter præscripta fuerant, decreto conditio Pudicherii in Sacra Visitatione Apostolica die xxij. mensis Junii Anni MDCCIV. die vero octava Julii ejusdem anni promulgata. Partibus autem nondum acquiescentibus, de mente fel. record. Clemens XI. Predecessoris Nostri diversa opinantibus, & evulganibus, idem Predecessor Noster, datis ad Venerabilem Fratrem Episcopum Maliapurensi litteris die xvij. mensis Septembri Anni MDCCXII. suam de servandis Decretis mente opportuni declaravit. Ut igitur nostræ quoque sollicititudinis partes ad controversias avertendas, & salutem gentium concordibus studiis facilius à Vobis procurandam adhibeamus; præfertim ne quis ex silentio nostro detractum aliquid esse suspicetur mandatis, & declarationibus antedictis; laudati Antecessori nostri vestigiis inharentes, decreta ejusdem Patriarche Antiocheni nostra etiam auctoritate confirmamus, eorumque obedientiam, & observantiam similiiter mandamus, & requirimus. Decretum quoque de Sacramentis administrandis moribundis hominibus*

infimæ conditionis, quos Pareas appellant, ultiore dilatione remota, pariter servari, & impleti præcipimus. Vestrum autem erit, ut manda ta per Antecessorem nostrum, & per Nos ipsos Apostolica auctoritate, tenore præsentium, in omnibus confirmata, impigre, & obsequenter facientes opus Dei, quod tanta cum animi alacritate suscepisti, ritè, unanimitate, studioseque perficiatis. Ac vobis, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem permanenter imperitum.

Datum Romæ apud Sanctorum Petrum sub Annulo Piscatoris die xij. Decembris MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno Quartio.

§. 13. Tantum verò abuit, ut qui pro Ritibus eo Decreto damnatis pugnabant, huic novæ ejusdem Decreti confirmatione acquiescerent, quin potius Anno MDCCXXXII. Predecessori Nostro Clementi Papæ XII. in Benedicti locum subrogato declaraverint, se nihil de nova confirmatione audivisse, neque aliquid, quod ad eam specaret, Episcopis, & Missionariis Indiarum fuisse legitimè denuntiatum, ideoque enixa precibus ab eo postulaverint, ut, non obstante Benedicti XII. dispositione, dignaretur hanc eandem causam denuo Sancti Officii Congregationis examini & cognitioni subjecere: & quamquam, aliis earum Partium Missionariis causam finitam esse, & in rem iudicatam ab ille reputantibus, seu excipientibus, non decesserit, qui postulatis haud annuendum esse crederent, iisque adverarentur; at tamen idem Pontifex Clemens XII. supremum tandem acerimis perniciosissimum difficilem finem fieri peroptans, supradictorum preces admittendas existimavit, declaravique in causa posse procedi. Quare totius materiæ instaurata discreptione, & per duos fere annos continuata, documentis certis & necessariis ex utraque Parte producitis, factaque præfertim Decreti impugnatoribus amplissima facultate afferendi quidquid in controversysum quemque Articulum deducendum, allegandumque è re sua judicarent; post plures Congregations habitas in Conventu Sanctæ Mariæ supra Minervam à S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per universam Christianam Rempublicam deputatis, ii tandem, quid ipsorum judicio in controversis Articulis aut confirmandum, aut moderandum, declarandum denique, aut aliqua ex parte remittendum esset, aperuerunt; eorumque resolutiones probavit, confirmavitque prælaudatus Clemens Papa XII., illasque inserendas decrevit Apostolicis litteris in forma Brevis, quibus Madurensibus, Mayssurensibus, & Carnatenibus Episcopis, ac Missionariis, Apostolica auctoritate mandavit, injunxitque, ut lata abs se decreta tum religiosè ipsi observarent, tum ab aliis omnibus summâ fide, ac diligentia observari curarent. Litteræ in forma Brevis sunt sequentes tenoris.

§. 14. *Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Episcopis, & Apostolicis Missionariis in Regnis Indiarum Orientalium, Madurensi, Mayssurensi, & Carnateni.*

CLEMENS PAPA XII.  
*Venerabiles Fratres, Dilecti Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Compertum, exploratumque Vobis esse non ambigimus, Carolum Thomam bo. mem. tunc Patriarcham Antiochenum cum potestate Legati à latere Apostolicum Commissarium & Visitatorem, deinde hujus Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalem de Tournon, à Predecessore nostro fel. rec. Clemente XI. ad Sinas anno 1702. missum, ubi primum ad Arcem Pudicherii approbuit, ut gravibus & urgentibus Missionum in Regnis Madurensi, Mayssurensi, & Carnateni saluberrime dirigendarum necessariis opportune prospiceret,

235 ANNO

1744.  
confirmat, &  
observari  
jubet.Supplicatur  
Clem. XII.  
pro revisio-  
ne Cauze in  
Congregat.  
S. Omen.Eaque con-  
ceditur, & à  
prædicta  
Congrega-  
tione, Parti-  
bus auditis,  
perficitur.Clemens XII.  
confirmat  
resolutiones  
à Congregat.  
captas.Tenor Lit-  
terarum pro  
hujusmodi  
Confirmatio-  
ne editarum  
die 24. Au<sup>r</sup>.  
1734.Prolatio  
Decreti à  
Cardinali de  
Tournon  
Pudicheri  
facta, ejus-  
demque  
Confirmatio-  
nes refe-  
runtur.Eaque de  
novo confir-  
mat.Decretum  
quoque cir-  
ca PARÆS

1744.

condidisse die 23. mensis Junii Anni 1704. Decreta nonnulla, que die 8. mensis Julii ejusdem anni pro mulgavit. Cum autem aliquot ex Venerabilibus Fratribus, & Dilicetis Filiis, Episcopis, & sacris India rum Orientalium Operariis quibusdam in iisdem Decretris contentis minime acquiescentes, reclamasse laudatus Praedecessor noster Clemens XI. Litteris in forma Brevis ad Episcopum Meliapurensen die 17. mensis Septembri anni 1712. datis, eorumdem Decretrorum obedientiam, & obseruantiam tamdui res quisivit, ac mandavit, donec Apostolica haec Sede Causa momentis fideliiter relatis, & accuratissimis inspectis, quas novissem Justitiae magis consentaneas, & propagandae Christianae Fidei magis idoneas provisoria suæ vias, ac rationes iniret. Benedictus etiam XIII. fel. record, istidem Praedecessor noster providit Clementis XI. Mandatis, declarationibus, atque vestigiis inhaerens, Litteris quoque in forma Brevis die 12. mensis Decembri anni 1727. datis, memorata Cardinali Tournonii Decreta confirmationis robore similiter munivit. Nos verò, qui plane immerentes ipsis Summis Pontificibus in Apostolica servitu successimus, nihil optamus impensis, quam ut Sacrosancta Jesu Christi Fides amplius in dies promovatur, atque omni ope curemus, ut si qua forte magnis ejusdem incrementis, & propagationi occurran impedimenta, (Deo voitis nostris obsecundante) penitus auferantur. Itaque postquam necessaria, & certiora habuimus documenta, Theologorum, ac praesertim Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium per universam Christianam Rempublicam Generalem Inquisitorum suffragio exquisivimus, queaque iisdem Venerabiles Fratres nostri Cardinales confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, atque in nonnullis remittenda Nobis consulere decreverunt, ex sequentibus Dubiis hic inserit plene vos dignacesis.

Dubia in  
Congregat.  
proposita.

I. Dub. su-  
per præce-  
pto adhiben-  
di Sacra-  
menta in con-  
ferendo Ba-  
ptismo.

## Resolutio.

condidisse die 23. mensis Junii Anni 1704. Decretum nonnulla, quæ die 8. mensis Julii ejusdem anni promulgavit. Cum autem aliquot ex Venerabilibus Fratribus, & Dilicet Filiis, Episcopis, & sacris India sum Orientalium Operariis quibusdam in iisdem Decretris contentis minime acquiescentes, reclamasse laudatus Praedecessor noster Clemens XI. Lituris informa Brevis ad Episcopum Meliapurensen die 17. mensis Septembri anni 1712. datis, eorumdem Decretrorum obedientiam, & obseruantiam tamdiu resquievit, ac mandavit, donec Apostolica haec Sede Causa momentis fidelier relatis, & accuratius inspectis, quas novissim Justitia magis consentaneas, & propagandæ Christianæ Fidei magis idoneas providentia sua vias, ac rationes iniret. Benedictus etiam XIII. fel. record, istidem Praedecessor noster providit Clementis XI. Mandatis, declarationibus, atque vestigiis inhaerens, Litteris quoque in forma Brevis die 12. mensis Decembri anni 1727. datis, memorata Cardinali Tournonum Decreta confirmationis robore similiiter munivit. Nos vero, qui plane immerentes ipsi Summis Pontificibus in Apostolica servitute successimus, nihil optamus impensis, quam ut Sacrosancta Jesu Christi Fides amplius in dies promovante, atque omni ope curemus, ut si qua forte magnus ejusdem incrementis, & propagationi occurrant impedimenta, (Deo voitis nostris obsecundante) penitus auferantur. Itaque postquam necessaria, & certiora habuimus documenta, Theologorum, ac praesertim Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium per universam Christianam Rempublicam Generalem Inquisitorum suffragio exquirivimus, queaque iidem Venerabiles Fratres nostri Cardinales confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, atque in nonnullis remittenda Nobis consilere decreverunt, ex sequentibus Dubiis hic inserit plene vos dignoscetis.

»Dubia pro Missionibus Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnateni exorta occasione Decreti clar. mem. R. P. D. Caroli Thomae Maillart de Tournon Patriarchæ Antiocheni, postea S. R. E. Cardinalis, editi Ponticherii die 23. Junii 1704., propofita in Congregationibus Generalibus S. Officii, habitis in Conventu Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, coram Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, praefertibus DD. Consulitoribus, infra scriptis diebus: Super quibus Dubiis idem Eminentissimi suam protulerunt sententiam, prout inſta, videlicet.

Ferii 4. die 21. Januarii 1733.

PRIMUM DUBIUM. *Ait.* & quomodo Decretum clar. mem. Eminentissimi Cardinalis de Tournon fit exequendum in ea parte, quæ eft tenoris sequentis:

Dicitur probhabemus, nè in baptizandis tam pueris, quam Adultis cuiuscumque fexus, & conditionis, omittantur Sacramentalia, sed omnia palam adhibeantur, & signanter Saliva, Sal, & insufflatio, quæ ex Apostolica Traditione Catholica Ecclesia recepit. & ob recondita in iis Sacris Coeremoniis Divine erga nos bonitatis Myteria, sanctè, & inviolabiliter cuf-todivit; Decreto Sanctæ, & Universali Inquisitionis de anno 1656. pro Sinis factò, ob di-versas rationes, & circumſtantias, minime obſtantے.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Conſirmandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon: fed conſulendum Sanctissimo, quod Missionarii Regnorum Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnateni Dispensationem concebat ad Decennium duraturam, omittendi in collatione Baptifimi Salivam, & occulte utendi insufflationibus, in calibus tamen particularibus, & in quibus gravis & proportionata necessitas urgeat, ſu-per qua conſientia Missionariorum oratur: dummodo non laborent errore habendis Salivam, & anhelitum, tanquam materiam ineptam, vel incapacem ad inſervendum pro Sacramentali-

bus Coeremoniis in Baptismo , utpote omnino  
incapaces Baptismi ; Et siue Missionarii injun-  
gendum , ut debitam instructionem , aliasque  
omnes possibilis diligentia adhibeant , ut aver-  
sio Populorum à Saliva , & Infusione amo-  
veatur , & de infusione , aliisque diligentiis  
adhibitis Sanctam Sedem intra tempus Decen-  
nii certiorent.

» Insuper monendos esse Missionarios super  
» gravi negligientia non recurrendi ad S. Sedem  
» pro obtinenda facultate dispensandi, & male se  
» gessisse Episcopos concedendo hujusmodi Dis-  
» pensationem, inconsultâ Apostolicâ Sede.

SECUNDUM DUBIUM. An, & quomodo dictum  
Decretum sit exequendum in ea parte, que est teno-  
ris sequentis. »Item præcipimus, ut, juxta lau-  
»dabilem Ecclesie consuetudinem, semper im-  
»ponatur Baptizando à Baptizante nomen ali-  
»cujus Sancti in Martyrologio Romano descrip-  
»ti, omnino interdictis Nominibus Idolorum,  
»vel falsa Religionis Pœnitentiam, quibus Gen-  
»tiles utuntur, & Neophiti hactenus appellari  
»consueverunt, antequam per Baptismum essent  
»Divinae Gratiae renati.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Moderandum es-  
se Decretum, deleto verbo, *Principium*; Cum  
»claustula; *Curent quantum fieri potest*; firmā re-  
»manente Interdictione, quod nomina Idolo-  
»rum, & falso Religionis Poenitentiam.  
*Ex*ordine d*omi*nis Aprilis 1702.****

Feria 4. die 22. Aprilis 1733

**TERTIUM DUBIUM**, An, & quomodo dictum  
Decretum sit exequendum in ea parte, qua est te-  
noris sequentis. »Nec Parochis, seu Missionaris  
»sub quovis praetextu liceat Sanctissima Crucis,  
»Sanctorum, & rerum sacrarum nomina per  
»translate immutare, nec ea alio Idiomate ex-  
»plicare, nisi Latino, vel saltem Indico, qua-  
»tenus voces Indicas Regionis, latine signifi-  
»cationi liquido & adamusim respondeant.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Quòd servetur  
»Decretum Eminentissimi de Tournon, & de-  
»claretur, non habere locum in vocibus, &  
»nominibus jam ab Institutione Missionis com-  
»muniter receptis, que tamen per haec decla-  
»rationem nec approbanter, neque reproban-  
»tur.

QUARTUM DUBIUM. *An, & quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* «Et quia audivimus, Bap-tismum Infantium ex Christianis Parentibus ordinorum, eorumdem incuria, sèpè saepius diu protrahiri, non sine maximo dictorum Infantium salutis discrimine, monemus Evangelicos Operarios, ut sacrorum Canonum memores, terminum breviorum, quam fieri possit, attentis circumstantis, Genitoribus praesigant, graviter conscientiam eorum onerantes, nisi filios intrâ præfixum tempus ad Ecclesiam deferant Sacro Fonte abluedos.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Servandum est  
se Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tour  
»non.

QUINTUM DUBIUM. *An, & quomodo prædicatum Decretum sit exequendum in ea parte, qua est tenoris sequentis.* »Præterea cum moris hujusmodi Regionis sit, ut Infantes sex vel septem annorum, interdum etiam in tenuiori ærata, ex Genitorum consensu, matrimonium indissolubile de præsenti contrahant per impositionem Taly, seu aureæ Tesserae Nuptialis Uxoris collo penitus; Missionariis mandamus, ne hujusmodi irrita matrimonia inter Christianos fieri permittrant, nec Sponsos sic conjunctos cohabitare finant, donec completae legitimæ ætate, & explorato eorum consensu, in faciem Ecclesiæ, juxta formam à Sac. Concilio Tridentino præscriptam, verum, & canonicum Matrimonium contraxerint.

**Monitum  
ad Missiona-  
rios.**

II. Dub. su-  
per imposi-  
tione nomi-  
nis alicujus  
Sancti in Ba-  
ptismo.

263

III. Dub. su-  
per transla-  
tione nomi-  
num rerum  
sacrarum in  
aliud idioma

## Resolutio.

IV Dub. su-  
per Baptismo  
Infantium  
non protra-  
hendo.

## Resolutio.

V.Dub. su-  
per Matri-  
moniis im-  
puberum.

Religious.

ANNO

1744.

esse Decretum Eminentissimi de Tournon; cum declaratione tamen, servandam esse formam pro Matrimonii à Sac. Concilio Tridentino præscriptam in locis, in quibus Decretum dicti Concilii in cap. primo sess. 24. de Reform. Matrim. publicatum est, & impostorum publicabitur, neque ejus observantia sit impossibilis; & Millionarii carent, quantum fieri potest, ut in omnibus locis Missionum illarum Partium dictum Decretum Concilii publicetur.

Feria 4. die 13. Maii 1733.

**SEXTUM DUBIUM.** An, & quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Et quoniam apud Peritores impia illius Religionis Sectatores, Taly praefert Imaginem, licet informem, Pulleyaris, sc̄u Pyllejatis Idoli nuptialibus Cærementis præpositi; Cumque dedebeat Christianas Mulieres talē effigiem collo deferre in signum Matrimonii; districte prohibemus, nē impostrum audeant Taly cum hac effigie collo appendere; & ne Uxores innuptae videantur, poterunt ut alio Taly, vel Sanctissimæ Crucis, vel Sanctiss. Domini Nostri Jesu Christi, vel Beate Virginis, vel alia quavis Religiosa Imagine ornato.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Servandum esse Decretum Eminentissimi de Tournon, quamvis Missionarii afferant, nunquam permisisse gestationem dicti Taly.

**SEPTIMUM DUBIUM.** An, & quomodo prædictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Et cum superstitione non caret Funiculus centum & octo filiis compositus, & croceo succo delinitus, quo plerique dictum Taly appendunt, prohibemus etiam dictorum filiorum numerum, & unitionem.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Servandum esse Decretum Eminentissimi de Tournon.

**OCTAVUM DUBIUM.** An, & quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Cæmentie etiam Nuptiales juxta harum Regionum morem tot sunt, tanquam superstitione maculatae, ut tutius remedium aptari non possit, quam eas omnino interdicendo, cum undique noxia Gentilitatis labore scanteat, & difficultimum sit eas à superstitionis expurgare. At verò, ut facilitior conversionem vitæ, & Neophitorum commodo, quantum fieri potest, in Domino indulgeamus, Missionariis, & præcipui Missionum Superioribus injungimus, ut novis adhbitis diligentis, severiori calculo, superflutiosa omnia à dictis Cæmentiis expungant, itaut nihil involatum relinquatur, quod Christianam pietatem offendat, & Gentilium superstitionem redoleat, & signanter, præter eas, quas audivimus jam statutas in hac materia ab iisdem Missionariis reformationes, ramus arboris Areacio-mara omnino auferatur, ferculorum numerus, non minus ac cibi præscripta qualitas, varierit: Circuli super caput Sponsorum ad tollenda maleficia, omittantur; Et quod de ferculis, diximus, de luteis Vasis ibidem adhiberi solitis à nobis dictum, & prohibitum intelligatur.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

Feria 4. die 22. Julii 1733.

**NONUM DUBIUM.** An, & quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Fructus etiam vulgo dictus Cocco, ex cuius fracione prosperatis, vel infornitiis auspicio Gentiles temere ducunt, vel omnino à Christianorum nuptiis rejiciunt, vel saltem, si illum comedere velint, non publicè, sed secretè, & extra solemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti, ab hujusmodi auspiciorum deliramento sunt imminentes.

ab hujusmodi auspiciorum deliramento sunt imminentes.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Dilata.

**DECIMUM DUBIUM.** An, & quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Nullus ritè, & sufficienter dispositus arceatur à Sacramento Pœnitentie, & signanter Mulieres menstruali morbo laborantes, non attentis diebus purificationis juxta morem Gentilium; Cum hæc Sacramentalis vera Animæ purificatio, & non alia, sit attendenda à Christifidelibus, eorumque Pastoribus, quibus præterea non licet, nec per seipso, nec per Catechistas, nec per alios quoscumque, dictis Mulieribus prohibere accessum ad Ecclesiam, vel ad Confessarium, durante dictâ infirmitate, & dictæ purificationis tempore.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

**UNDECIMUM DUBIUM.** An, & quomodo exequendum sit dictum Decretum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Dedecet etiam Christianæ Virginis honestati primâ vice dicto morbo laborantis, illum Cognatis, Vicinis, & Amicis notum facere, & inverecundè publicare, iisque Ethnicorum more & ritu in ejus domum collectis, super re tam sordida festum instituere; Quocirca hujusmodi solemnitates & ritus Orthodoxis Pueris interdicimus, & abolemus, Missionariisque injungimus, ut non solum eas, verum etiam Genitores movent, quād dissona sit virginei pudoris legibus ejusmodi obscena confuetudo, quæ à Gentilium impudentia videtur inducta, ut ita, labefactata Puellarum verecundia, eas effrenatæ ad libidinem provocare valeant.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Quod carent Missionarii abolere festum sub titulo Mensstrui, sed sub titulo Nuptiarum tantum permittant.

Feria 4. die 9. Septembri 1733.

Nonum Dubium supradicta die 22. Julii proutum, sed non resolutum. An, & quomodo prædictum Decretum sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Fructus etiam vulgo dictus Cocco, ex cuius fracione profperitatis, vel infornitiis auspicio Gentiles temere ducunt, vel omnino à Christianorum nuptiis rejiciunt, vel saltem, si illum comedere velint, non publicè, sed secretè, & extra solemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti, ab hujusmodi auspiciorum deliramento sunt imminentes.

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** »Servandum esse Decretum prædicti Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

**DECIMUM SECUNDUM DUBIUM.** An, & quomodo Decretum prædicti Eminentissimi Card. de Tournon sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Ferre pariter non possumus, quod à Medicis Spiritualibus pro Animarum salute ea charitatis Officiz denegentur, quæ Medici Gentiles Nobilis etiam generis, seu Caſtae, pro Corporis salute præfari non dignantur Infirmis, licet abjectæ & infirmæ conditionis, vulgo dictis Pareas. Quapropter districte mandamus Millionariis, ut, quantum in ipsis erit, nemini è Christians ægrotis, quantumvis Pareas, & vilioris, si adfert, generis hominibus, desideranda relinquatur in Infirmitate copia Confessarii: & ne, in gravescientibus morbis, cum gravissimo vitæ corporalis periculo, aeternæ consulere cogantur; iisdem Missionariis præcipimus, ne Infirms hujusmodi conditionis ad Ecclesiam deferendos expectent, sed consultius Domos,

ubi

Vide infra post  
Dub. XI.  
X. Dub. su-  
per admisio-  
ne Mulierum  
ad Sacra-  
mentorum parti-  
cipacionem  
tempore pur-  
gationis.

Resolutio.

XI. Dub. su-  
per festi-  
vitas  
gratulation-  
bus pro pri-  
ma Puella-  
rum purga-  
tione abo-  
lendis.

Resolutio.

Dub. IX. dilata-  
ti resolutio.

XII. Dub. su-  
per spiritual  
assistencia  
Paras p-  
standa.

ANNO

1744.

VI. Dub. su-  
per prohibi-  
tionem Mulie-  
ris facta de-  
ferendi Taly  
in signum  
Matrimonii  
contracti.

Resolutio.

Resolutio.

VII. Dub. su-  
per prohibi-  
tionem dela-  
tionis Fun-  
iculi iob. fi-  
lorum, cui  
dictum Taly  
appenditur.

Resolutio.

IX. Dub. su-  
per fractio-  
ne fructus  
vulgø Cocco  
nuncupat.

1744.

»ubi ægrotant, pro viribus petant ad eos invisendos, ac piis sermonibus, & precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, atque demum eos in extremo vitæ discrimine constitutos Sancto Infirmorum Oleo deliniant, absque Personarum, aut sexus acceptance, exprefse dannantes quamcumque proxim huic Chriftianæ pietatis officio contraria.

Resolutio.

XIII. Dub. super prohibicione, ne Tribicines Christiani &c. infirviant in sacrificiis & Templis Gentilium.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Servandum esse Decretum Eminentissimi de Tournon: Præterea monendos Missionarios, quod neque ad Baptismum admittant Indos, qui in ea sunt opinione, Pareas à Deo esse reprobatos, & ideo nullam posse sperare salutem, nisi eam opinionem deposituerint.

DECIMUM TERTIUM DUBIUM. An, & quomodo dictum Decretum exequendum sit in ea parte, que est tenoris sequentis. »Non sine maximo animi nostri moerore accepimus etiam, Christianos Tympanorum pulsatores, Tibicines, vel alterius cuiuscumque Musici Instrumenti Sonatores ad Idolorum Felicitates & Sacrificia accersiri, ab ludendum, & interdum etiam cogi, ob quamdam servitutis speciem erga Publicum ab ipsis contractæ per hujusmodi artis exercitium, nec facile esse Missionariis, eos ab hoc detestabili abuso avertire; Quocirca considerantes, quam gravem rationem effemus Deo reddituri, si hujusmodi Christifideles à Dæmoniorum honore & cultu pro viribus non revocaremus, illis prohibemus, ne imposternus audeant, nec in Pagodis, nec extra, tum occasione Sacrificiorum, tum quarumcumque Solemnitatum superstitiose cultu imbutarum, sonare, aut canere, sub poena Excommunicationis latæ Sententiæ, cum nullo modo licet Christi famulis Belial inservire; ideoque Missionarii non solum eos monere tenebuntur de prædicta prohibitione, verum etiam illam omnino exceptione demandare, & contrafacentes ab Ecclesia expellere, donec ex corde resplicant, & publicis penitentia signis patratum scandalum emendaverint.

Resolutio.

XIV. Dub. super lavacris & ablutionibus tam Christifidelium, quam Missionario rum.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

DECIMUM QUARTUM DUBIUM. An, & quomodo dictum Decretum exequendum sit in ea parte, que est tenoris sequentis. »Declaramus præterea Pontificiam Constitutionem Gregorii Papæ XV., incipien. Romana Sedis Antistes; ad petitionem PP. Societatis Jesu editam, qua indigenis Christifidelibus lavaca non alia occasione, & fine, quam corporis reficiendi, & à naturalibus sororibus mundandi, ab Apostolica Sede permittuntur, interdictis tempore, & modo, quibus à Gentiliis adhiberi solent, æquè afficer Evangelicos Operarios, quibus propterera non licet sub quamcumque alia causa, & fine, etiam ad effectum, ut exitimentur Sanias, seu Brachmanes, præ ceteris detiti hujusmodi ablutionibus, illis uti, præferim statu eorum horis, & ante, vel immmediatè post quamcumque Sacram functionem.

Resolutio.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

Feria 4. die 16. Septembris 1733.

DECIMUM QUINTUM DUBIUM. An, & quomodo Decretum Cardinalis de Tournon sit exequendum in ea parte, que est tenoris sequentis. »Cineras itidem ex Vaccæ Stercore confectos, & impiam Gentilium Poenitentiam à Ruten institutam redolentes, benedicere, eosque fronti Sacro Chrismate definitæ impingere; sive quamcumque alia signa albi, vel rubri coloris, quibus Indi superstitionis in fronte, vel in pectoro, aut in alia quavis corporis parte

»utuntur, deferre prohibemus; mandantes, ut Sanctæ Ecclesiæ consuetudo, piisque ritus Cineres benedicendi, illisque Christianorum caput Cruce signandi ad humanae infirmitatis memoriam recolendam, religiose serventur, tempore, ac modo ab Ecclesia præscripto, scilicet Feria 4. Cinerum, & non alias.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Confirmandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon, servatæ in omnibus Constitutione Gregorii XV. edita die 31. Januarii 1623., qua incipit: Romana Sedis Antistes.

PRÆTEREA EMINENTISSIMI DIXERUNT. Quod fiat Decretum, quo imponatur Missionaris, cujuscumque Ordinis, etiam Societatis Jesu, in Partibus Infidelium degentibus, ne audeant permettere Ritus, vel Confuetudines proprias Gentilium, nec illos, aut illas proprio arbitrio vertere in Ritus, vel Confuetudines Christianæ Religionis, inconsulta S. Sede; & Missionarii meminerint præceptionis Alexandri VII. in sua Constitut. incipien. Sacrosanta la 46., sequentibus verbis expressi. Ne ob Instructio nis defectum, qui Sacro Baptismate initiantur, immaculatam Christi legem profanis ac gentilitiis Institutis ex ignorantia foedent, ac Idolatriam cum Orthodoxa Fide confundant, ut sepi inibi evenerit nunciatum est; caveant ii, qui iisdem instruendis incumbunt, ne imposternum ullus ad Baptisma admittatur, qui gentilitios mores prorsus non exuerit, & in fide non sit sufficenter instructus.

DECIMUM SEXTUM, ET ULT. M. DUBIUM. An, & quomodo dictum Decretum exequendum sit in ea parte, que est tenoris sequentis. »Et demum quia ex librorum de falsa Religione, & de rebus obscenis, & superstitiosis tractantium lectura, venenum, ut plurimum, serpere solet ad Cor Fidelium, quo non minus Fidei puritas offenditur, quam mores corruptuntur, magnopere commendantes zelum, ac studium Missionariorum, qui libros Sacram Ecclesiæ Catholicæ doctrinam, rerumque Sacrarum monumenta continent, pro Indorum Christifidelium eruditio, in lingua Malabarica, seu Tamulica translatere, vel novos pro illorum commodo, & institutione componuerunt, iisdem Christifidelibus exprefse interdicimus fabulosos Gentilium libros, eosque legere, & retinere prohibemus, sub poena Excommunicationis latæ Sententiæ, nisi prius habita licentia Parochi, seu Missionarii Curam Animarum exercentis, quorum prudentiae committimus facultatem super hoc dispensandi, & libros (si qui forte sunt) noxiæ superstitione vacuos, & nihil contrahens mores tractantes, pro Christianorum usu seligendi, eorumque lectorum permittendi.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. »Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

Quibus dubiis, & eorum resolutionibus Nobis per Venerabilem Fratrem Archiepiscopum Damiana, Congregationis Sancti Officii Aſſessorum, relatis, Resolutiones ipsas plenè approbantes, cuncta ea, que juxta earum tenorem confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, ac in nonnullis remittenda visa sunt, respectivè confirmavimus, moderavimus, declaravimus, & in nonnullis remisimus: Quocirca, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vobis injungimus & mandamus, ut pro singulari vestra in Nos atque in Sanctam Sedem reverentia, quamcumque per hasce nostras Literas de Apostolica Autoritatis plenitudine, vel confirmata, vel decreta, aut præscripta sunt, sanctissime custodiatis, atque ab omnibus servanda studioſime curetis: Observantes Vos in Domino per vices misericordie Dei nostri, ut contrectis jam senotis, & omnino evuisis, alacres at-

Resolutio.

Decretum generale, ne Gentilium Ritus admittantur, aut in Christianos usus verantur inconfutata S. Sede.

Et servetur Constitutione XVI. Ale xan. VII.

XVI. Dub. super prohibicione Gentilium.

Resolutio.

Pontifex Clemens XII. resolutiones hujusmodi confirmavit.

Erumque obseruantiam, & executionem in jungit.

Ex cu ne Epis

Mit

Ma

que

1744.

que animi nostri sensibus concordes, studia & labores vestros in Animarum salutem, quae praestantissimum vestrum vocacionis est finis, pro viribus conservatis. Atque Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apostolicam benedictionem peramanter impetravimus. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Augusti MDCCXXXIV. Pontificatus nostri anno quinto.

Partes acquiescent. Relatum breve publicatur, & à Missionariis subscriptur.

§. 15. Post diutinam accuratamque factorum atque rationum in utramque Partem disceptationem, post tam solemne denique causae iudicium, in magnam spem venerat Apostolica Sedes, non secus ac Romæ litigii finis erat impositus, ita & in Indis tandem aliquando à discordiis abusibusque cessatum iri; cum præfertim ii, qui Decretum impugnaverant, sive illius æquitate cognita, seu moderationibus, declarationibus, & relaxationibus jam impetratis satis sibi factum existimantes, non solum æquo animo illud receperint, sed fidem quoque suam obligassent, se omnino operam datus, ut quæcumque in Literis Apostolicis effensa præscripta, integrè executioni mandarentur. Huc accedebat, quod Apostolicae Sedi non tam solum, sed certis gravissimisque testimonis allatum erat, publicatas jam suisse Pontificias Literas, & subscriptas ab omnibus Missionariis, & mutuum inter partes perfectæ communionis, atque concordie vinculum reintegratum, quod multis annis, non sine ingenti Missionum damno, inter illos fuerat interruptum.

Sed non ab omnibus observatur.

§. 16. At tam felicibus initiosis conceptum gaudium statim evanuit; tristissimus liquideruntius quam citissime Sedi Apostolicae allatus est, Missionarios scilicet, qui Cardinalis Turonii Decretum impugnaverant, non obstantibus Clementis XII. Literis Apostolicis solemni formula ab iis acceptatis, publicatisque, damnatos tamen ritus ac ceremonias juxta earendem Literarum præscriptum minime aboleri posse causantes, tantum sibi licentiae sumere, ut eos easque adhuc usu permettere & retinere non dubitarent. Cumque de tamliu dilata ab iis obedientia in dies fama increbesceret, præfatus Clemens Papa XIII., ut debitum Pontificis mandatis obsequium, & observantium vindicaret, certamque redederet in postferrum eorum, quæ in prædictis Pontificis Literis mandabantur, executionem, alteris in simili forma Brevis datis die xiii. Maii anni MDCCXXXIX. Apostolicis Literis, eatum Regionum Episcopis, & Missionariis præceptum iteravit, gravioribus etiam poenis impositis, ut ne dum exactissimè servarent, quæ in suis præmissis Literis mandabantur, sublatâ cuilibet sequens interpretandi facultate, verum ad id illicò se adstringerent solemni jurejurando interposito, juxta formulas respectivè eidem prescriptas. Literæ in forma Brevis, sequentis sunt tenoris:

Altera ejusdem Epistola in forma Brevis ad Episcopos & Missionarios data die 13. Maii 1739.

§. 17. Venerabilibus Fratribus, ac Dilectis Filiis, Episcopis, & Apostolicis Missionariis, in Regnis Indianorum Orientalium Madurensi, Mayssuensi, & Carnateni.

CLEMENS PP. XII.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concedita Nobis Dominici Gregis cura continuo Nos urget, in id præcipue & tanta solicitudine incumbere, ut ab iis maxime, qui fortius sunt partem Ministerii hujus, & in lucem Gentium sunt missi, erga S. Sedem, ac Apostolica mandata filiale obsequium exhibeantur, atque Fidei dogmata, sacrosque Ecclesie ritus & ipsi intemeratae retineant, & alios edoceant, ut quos locorum immensa spa-

1744.

tia à Petri Sede longè disjungunt, eos tamen Fides eadem in unitate spiritus, & doctrinae conglutinet. Alias itaque per similes Literas nostras sub datum 24. Augusti 1734, incipientes: Competitum, exploratumque: Fraternitates Vestras, omnesque Missionarios eo majori, quo potuimus, Paterno charitatis affectu requisivimus, & declaravimus, quam impensè exoptaremus, ut qui in Regnis istis Christi Fidei veritatem agnoscentes, convertantur, superstitionis Gentilium ritus omnino abicerent, atque aversarentur, ne habeantur & ipsi ad instar eorum, qui: Cum Dominum colerent, Diis quoque serviebant juxta consuetudines Gentium: uique in re tanto momenti nulla esset offendiculi occasio, auditis Theologorum, ac præseri Venerabilium Fratrum Notiorum S. R. E. Cardinalium per universam Christianam Rempublicam Generalem Inquisitorum suffragiis, plura, justa dubia tunc proposita, provide statutus, & à Missionariis obseruanda prescriptimus; Quorum omnium in Nos observantia, ac studium amplificanda Fidei, in certam spem Nos erigunt, ut pari contentione pro viribus obtemperare satagent, nec ullus erit, qui derelictibili indulgentia aliter fieri posse cogitet, & veluti infidiles sibi, Peccare eos facient peccatum magnum: Sanè est hijs mediis muneri Nostro satisfacti, ac sine sollicitudine esse suaderemur; attamen remonstrum, à qua Fidei paritas atque integritas pendent, nunquam hanc in nobis curam debet, nisi ad magnitudinem negotii opportuniora semper compareremus remedia. Quarare Fraternitibus Vestris, & Missionariis omnibus, quibus prædictas Nostras Literas direximus, sive Seculari, sive Regulares cuiuscumque Religionis, Congregationis, Instituti, Societatis etiam Jesu, fuerint, demandamus & præcipimus, ut omnia & singula, quæ in dictis Literis continuerint, integre, exactè, ac inviolabilitate observentur, atque ab eis, quorum cura ad vos spectat, remota penitus quavis alteri interpretandi potestate, adamussim observari faciat, in virtute sancte obedientiae, sub pena suspensionis ab exercicio Pontificalium, Interdicti ab ingressu Ecclesia, & respectivè excommunicationis late Sententia, à qua nemo Vestrum à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, excepto tantum mortis articulo, absolu possumus; & quoad Regulares insuper privationis vocis alive, & pauci, etiam ipso facto, & sine ulla alia declaracione incurriende. Idem sub iisdem panis, & censuris, pari auctoritate præcipimus & mandamus, ut omnes & singuli, qui ab hac Sancta Sede, sive ab eorum respectivè Superioribus, ad ista Regna Sacris obeyundis Missionibus missi eritis, statim ac de hisce Literis nostris certiores facti fueritis, vel quavis alia denunciatione de illis notitiam habueritis, juramentum præfetis, integrè, exactè, ac omnimodè implere, que provide à Nobis in iisdem Literis constituta fuerunt, neque illis ulla in parte quovis sub prætextu contrarie. Illis etiam, qui quandocumque hoc munus suscepunt erunt mandamus, ac præcipimus sub iisdem omnibus censuris, & pauci, ut nullo pacto audient vel minimum actum explore, nisi antea & ipsi juramentum prædictum præfierint, quin nec tanquam Presbyteri Seculares ab Ordinariis Locorum deputati, seu veluti simplices Religiosi, vel quovis alio titulo & nomine, Christifidelium Confessiones excipere, Conciones habere, aut Sacramenta ministrare, sed omni prorsus careant potestate; derogando quibusvis privilegiis, sibi ipsis, aut vestra respectivè Religioni, Ordini, Congregationi, & Societati, etiam Jesu, specialiter, aut generaliter à Nobis, & à Prædecessoribus nostris quacumque ex causa concessis. Juramenta prædicta Seculares Missionarios coram Locorum Ordinariis, Regulares coram Superioribus, vel Apostolicis Vicariis præstare demandamus, Vica-

versus, & invenimus, ut observantia, & executio ipsi demandatur sub centuris, & aliis paucis.

Sub quibus præcipitur eisdem, ut juramentum præfert de impletis omnibus in ea contentis.

Nullus in posterum quocumque titulo Missionis exercitio se immisceat, nisi juramentum hujusmodi emiserit.

1744.

Idem ser-  
tur ab Epis-  
copis.Cum onere  
remittendi ad  
Congreg. de  
Propag. Fide  
exempla ju-  
ramenti pre-  
stati ab eis-  
dem subscrif-  
ptis.Injungitur  
Episcopis, &  
alii, tam  
præsentis,  
quam præ-  
cedentis Epis-  
copi publicatio-  
& transmis-  
sio.Formula Ju-  
ramenti à  
Missionariis  
prestanti.

rios verò ipsos & Superiores in manibus Episcoporum. Nec eadem tantum verbo proferre, sed scripto iuxta formam per Nos præscriptam, & infra adnotandam, ac propria manu subsignare teneamini, sub iisdem Censuris, & pennis. Hoc etiam juramentum præstandum fore mandamus, ac requirimus ab illis, qui ad Episcopale munus ab hac Sancta Sede promoveri meruerint, vel ipsomet die, quo in manibus Episcoporum solemnum emissuri erunt Fidei professionem, vel in actu eorum consecrationis. Quorum juramentorum sub signata exemplaria, relicta isthac in Archiviis authentica copia, ad Congregationem de Propaganda Fide, per Episcopos, & Superiores Regulares respellere transmitti volumus, à qua ad illam S. Officii remittantur, ut sint obsequii erga Nos, nostrarumque iustitiones, puritatis, integritatique Fidei vestra monumenta. Ne verò tam Literarum nostrarum sub prædicta die 24. Augusti 1734, quam præsentium, ulus ignorantiam allegare valeat, hor tam Fraternitates vestras, ac in Domina obtemperemur, ut quo primum illas, atque præsentes receperitis, statim publicare faciatis, ac ad singulos Missionarios, sive Seculares, sive Regulares fuerint, sub vobis respelvitis Jurisdictiones degentes, easdem transmittatis. Hoc ipsum præcipimus Apostolicis Vicariis, aliisque Regularem Superioribus. Contrafacentes, vel negligentes declaramus incurrire ipso facto penam suspensionis ab exercitio Pontificalium, & Interdicti ab ingressu Ecclesia. Regulares autem Excommunicationis latenter sentientia, privationis Officiorum, & vocis alii, & passive.

Formula autem juramenti, sicut præmititur, à Missionariis præstanti, est, quæ sequitur, videlicet. »Ego N. Ordinis N., seu Societatis Jesu Missionarius ad Regnum N., vel ad Provinciam N. in Indiis Orientalibus à Sede Apostolica, vel à meis Superioribus, juxta facultates eis à Sede Apostolica concessas missus, vel definatus, parendo præcepto Sanctissimi Domini Nostri Papæ Clementis XII. per Literas Apostolicas in forma Brevis datas die 13. Maii anno 1739, injuncto omnibus Missionariis in dictis Missionibus, præstanti juramentum fideliter servandi dispositionem Apostolicam circa ritus Malabaricos ad formam Literarum Apostolicarum in forma Brevis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri die 24. Augusti 1734. incipien. Compertum, exploratumque: mihi per integrum ejusdem Brevis lectionem optimè noto; promitto, me plenè & fideliter paritum, illudque exactè, integrè, absolutè, & inviolabiliter observaturum, & absque ulla tergiversatione adimpleturum, neconon ad formam dicti Brevis instructurum Christianos milii commissos tam in Concionibus, quam in privatis instructionibus, ac præsertim Ca- tachemonis, antequam baptizentur, & nisi promittant observantiam dicti Brevis, ejusque dispositionum, & prohibitionum, me ipsos non baptizaturum, prout quoque curaturum omni studio, quo potero, ac omni diligentia, ut sublatis Gentium ceremoniis, illi à Christians suscipiantur & retineantur ritus, quos Catholica Ecclesia piè præscriptis, ac jugiter servat; attamen pro Pastoralis Officii debito, ac Paterna Charitatis stimulo, iterum, iterumque componere non desistimus; ne à Pastorum Principe in custodia Gregis sui minus vigilasse dijudicemur; & Vobis interim in auspicium bonorum omnium Apostolicam Benedictionem imperitum. Datum Roma apud Sanctam Mariam Magorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Maii MDCCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

§. 18. Hac Clementis XII. Literas alicie subsecute sunt prænominitatis earum Regionum Episcopis peculiariter inscriptæ, quibus idem Pontifex & conceptum animo intimum dolorem, ob nondum sibi delatam certam exoptatamque notitiam de prædicta Apostolicis mandatis debita observantia, gravibus verbis patet, & corundem Episcoporum zelum ac religionem excitare curavit, ut ipsi exemplo ac diligentia sua præentes, cæterorum obedienciam sollicitè promoverent. Harum Literarum hujusmodi exemplum est:

§. 19. Venerabilibus Fratribus, Episcopis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Maysurensi, & Carnateni.

N. Episcopus Civitatis N. memor juramenti à me prædicti in actu meæ solemnis Consecrationis, quo Romano Pontifici fidem, subjectionem, & obedientiam promisi, tum in super eorum, quæ provide sanxit Clemens XII. Pontifex Maximus circa ritus Malabaricos in Literis Apostolicis in forma Brevis, Episcopis, & Missionariis usque sub die 24. Augusti 1734, transmissis, parendo mandatis Sanctitatis Suæ per alias similes Literas die 13. Maii anno 1739, injunctis, ut in argumentum meæ erga Apostolicam Sedem obedientia non minùs, quam filialis obsequii, me jurisurandi Religionis obstringam, juro, & promitto, me plenè, & fideliter easdem Literas Apostolicas sub dicta die 24. Augusti 1734, executurum, atque ea, quæ in illis præscripta sunt, exactè, integrè, absolutè, ac inviolabiliter observaturum, curaturum pariter, quantum in me erit, ut ii omnes, qui mea in Dioecesi Missionarii, & Sacerdotes sunt, vel futuri serunt, illas eodem prorsus modo in omnibus servent, atque exequantur, & contra inobedientes, si qui fuerint, me processurum ad formam Brevis sub die 13. Maii anno 1739; ut tandem sublatis Gentium ceremoniis, illi à Christians recipiantur ritus, quos Catholica Ecclesia piè præscriptis, ac jugiter servat. Utque de hac mea voluntate, juramento, fidelialique obsequio erga Romanum Pontificem, exequus mandata, perenne existat monumen- tum, propria manu me subscrivo.

Ego N. Episcopus N.

1744.

Adhortatio  
pro omnium  
executione.Item Cle-  
mens XII.  
ad Episcopos  
peculiariter  
scribit sub  
eadem data.Tenor Epis-  
copali in si-  
mili forma  
Brevis.Conqueritur  
de incep-  
to exitu prime  
Episcopali &  
debita re-  
 sponsa ex-  
 quirit.C L E M E N S P P. XII.  
Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam  
Benedictionem.

Continere labia nostra non possumus, quin vos, Venerabiles Fratres, Apostolica voce iterum alloquamur; Moleste Nos, imo graviter ferre, usque adhuc certam denunciationem minimè accepisse, qui tandem exitus contigerit Nostris Literis, quas die 24.

Formula Ju-  
ramenti ab  
Episcopis  
prestanti.

Formula verò juramenti, ut supra, præstanti ab Episcopis, est, quæ sequitur, videlicet. »Ego

Au-

1744.

*Augusti 1734. Vobis, & Missionariis isthie commorantibus dedimus. Sane taciturnitas hac curarum, & angustiae nostro paterno erga vos amori causa est, tum & maximus quia, incertus lices, sparsae hic sunt voces, easdem Nostras Literas, & Decreta in publicum ab omnibus minime posita fuisse, nec exalte, prout oportet, adimpleri, quin non deesse aliquos, qui diversa opinantes, ac loquentes, adducunt discipulos post se. Quare primum Fraternitates Vestras ex animo requirimus, ut quoniam iste res se habeat, quamprimum renunciatis, ne longior traditas acerbiorum Nobis afferas molestiam; deinde firma spe ducimur, zelo Dei vos impellente, in doctrina fana nobiscum exsurgere in eos, qui contradicunt, ut memores officii, cui se addixerunt, sedulo caveant, ac diligenter prospiciant, ne culpa eorum: Gentes iliae sunt timentes Dominum, sed nihilominus & Idolis suis servientes. Hac de causa alteras miseras Literas Fraternitatibus Vestris, atque Missionariis, quibus gravioribus sub penis demandamus, ut nostra voluntatis sensibus & Decretis obdiant, & opere compleant. Ne vero, ut haecenus, unus alterum incusat, & Nos, qui licet praesentes isthie spiritu, corpore tamen absentes, suspenso incerti nuncii diu retineant, Juramentum ab unoquaque ex Missionariis propria manu subsignandum, expetere duximus, quo quique profiteatur Nostris iussionibus promptam atque exactam praestare obdientiam, prout latius in iisdem Litteris continetur. Hoc eti tuto Nobis pollicemur pro omnium pietate, & religione; attamen plurimum collatura erit Fraternitatum Vestrum exempli auctoritas, quoties idem Jurisjurandi sacramentum, in certum erga S. Sedem, & in Nos obsequi vestri testimonium, praestitisse, atque Nobis misse vos intelligent, prout in Domino etiam atque etiam obtemperamus. Porro hanc unam esse detegenda veritatis viam, unum praesidium ad obtemperandum os loquentium iniqua, vobmet facile cognoscere non dubitamus: quare Pontificiam voluntatem, ceteroquin in vos propensam, magis magisque Vobis devincit, si inducitur, cogitatione, studio denique vestro vim addatis exemplo; nec sane reveremur, quin eam reverentiam, quam, suscipientes Episcopale munus, huic S. Sedi, & Apostolicis mandatis spondistis, bac tamen opportunitate explicatur luculentius eritis, ut quos, ad Juramentum proferendum, vos adire obstringimus, ex facto etiam vestro obediere preceptis Nostris artibus impellantur; ac Vobis, Venerabiles Fratres, in perpetuum amoris Nostris pignus, Apostolicam benedictionem peramanter imperitum. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Maii MDCCXXXIX. Pontificatus Nostris anno Nono,*

Superiores Generales Missionario- rum onerat de premis- sum trans- missione, pu- blications, & implemen- to.

Ac de jura- menti praefi- ti exemplis infra trien- nium Sancte Sedi repre- sentandis.

Bullar. Romani Contin. Pars X.

tra quem Superiores Generales predici tenerentur certis authenticis que documentis Sedi Apostolicae plenam atque integrum Decretorum Litterarumque observantiam indubitate probare, atque praesertim exempla jurisjurandi, ut praefertur, praestandi, propria uniuscujusque Missionarii manu, cuiuslibetque fuerit losigatu, subscripta exhibere.

§. 21. His ita constitutis, atque mandatis obtemperantes omnes Episcopi, & Missionarii Apostolici Regnorum Madurensis, Maysiurensis, & Carnatensis, nominatimque, qui pridem contra Cardinalis Tournonii Decretum steterant, fide data, sacramento interposito, exactam, integrum, ab solutam, inviolabilemque observantiam Litterarum, quarum superius exemplum infertum est, quodque incipit, *Comperitum exploratumque*, promiserunt, secundum formulas alii in Litteris Pontificis expressas, quae pariter enunciatae jam sunt, quaque incipiunt, *Concredita Nobis Dominici Gregis*. Utque suum Nobis ad Pontificis apicem elevatis, Sanctaeque Sedi fidele obsequium, & submissio- nem certo probarent argumento, ad manus nostras exempla reddi curarunt solemnis jurisjurandi, quod singuli praefliterunt.

§. 22. Hunc igitur fructum ex prudenti constantique, quam hactenus recensuimus, Prae- decessorum Nostrorum agendi ratione Nobis colligere datum est; neque jam temere vide- mur hanc animo spem cori pisse, ut quemque dubia super executione eorum, quae ab iisdem Praedecessoribus prescripta memoravimus, adhuc reliqua sunt, resolutis, ut infra, propositis questionibus, penitus submoveantur; omnesque demum inter sacros istarum Regionum Operarios dissensiones, & controversiae compo- sitae conticescant; atque Apostolica mandata & Decreta, quae, gravi praemissa ponderatione, ac de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum in tota Republica Christiana in negotiis Fidei Generalium Inquisitorum specialiter deputatorum, aliorumque Virorum pietate ac do-ctrina praestantium, harum serie edituri sumus, pari obedientiae alacritate ab omnibus istarum Partium Missionaris excipiuntur, ac debite ex- cutione demandentur.

§. 23. Nonnulli siquidem, postquam Litteris professi sunt servatas ab se suis Apostolicas Litteras *Compertum exploratumque*, sequi accusatos idcirco perperam fuisse tamquam refractorios; affirmantes nihilominus, in maximis atque extre- mas animi angustias se esse conjectos, ob Ju- risjurandi religionem, ob excommunicationis periculum, aliasque gravissimas poenas, quibus inobedientes, legive repugnantes inevitabili nexu obligati sunt atque obnoxii; communis illorum omnium nomine, qui in pari munera & periculi societate versantur, ad sublevan- das suas, ut ajunt, oneratas trepidantesque conscientias, argue ad plurimorum Christianorum salutem, qui recenter conversi persecutionum procelsis assidue conflicantur, in tuto collo- candom, tria a Nobis flagitarunt.

§. 24. Primum illud est, ut onere subleven- tur (quod quidem onus gravissimum, intole- randumque appellant) tot juramentorum, cen- surarumque, quibus inextricabilis veluti la- queis eorum conscientiae vincuntur, quibusque sit, ut propriis amittenda salutis periculo expo- si, de aliena procuranda cogitationem proprie- tanem deponere cogantur.

§. 25. Alterum, ut dispensatio alias conces- sa super insufflationum, atque saliva ritu, in Sacra- mento Baptismatis ministrando, prorogetur, eo vel maxime, quod non tali lege sit hujusmo- di ritus inductus, in quo dispensatio locum ha- bere non possit; imo, ut ea concedatur necessa- riumente esse ajunt, ad conservandam progandamque

1744.

Episcopi, & Missionarii obtempe- rant, & jura- menta tub- scripta ex- hibentur S. Simmo Do- mino No- stro.

Qui reliqua adhuc dubia cum contio Congregat. S. Officii de- finire staruit.

Missionario- rum postula- ta.

I. Super tol- lendis cen- sus, & jura- mento.

II. Ut pro- rogetur dis- pensatio su- per omis- sione Sacra- mentum in Ba- ptismi con- ferendo.

1744.

III. Ut de-

tetur explica-

cio Articuli

de astenita

PARES pre-

benda.

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

1744.  
fationis ad  
aliud decen-  
num à die  
data præsen-  
tium.

Præscriptis  
Episcopis, &  
Missionariis  
quomodo ea  
uti debeat.

Et, ut Ma-  
labares in  
hac materia  
per eran  
opinantes ad  
Baptismum  
non admittant.

Aque inter-  
im eis in-  
stucere cu-  
rent.

Absque spe  
ulterioris dis-  
pensationis.

III. Decre-  
tum Card.  
Turnonii cir-  
ca Pareas juf-  
tum, & ne-  
cessarium de-  
clarat.

tatum prædictorum abominatione suaviter, leviterque ex eorum animis divelli possit, neve hu-  
iusmodi lex, quæ Sacramentalium usum præ-  
scribit, ad nimiam in speciem severitatem ex-  
acta, eas adducere calamitates videatur, quæ ex  
illa, tamquam è fonte, in Ecclesias atque Mi-  
siones diminutæ denunciantur; Nos enarratis  
de causa dispensationem, quam Praedecessor  
Noster in Literis jam relatis concessit, iterum  
concedandam, prorogandamque decreverimus in  
aliud decennium, quod à die data præsentis Nost-  
ræ Apostolicae Constitutionis est inchoandum,

§. 32. Ex quo fas est intelligere, non cam  
esse aut fuisse nostram & Apostolicæ Sedi sen-  
tientiam, quod scilicet nullus dispensatio locu-  
sus esse possit in hujusmodi Sacrorum Rituum,  
& Sacramentalium materia, nec ulla dispensa-  
tioni necessitas, aut sufficiens causa unquam  
valeat allegari. Verum, quum ex rationibus  
superius allatis, nullo pacto permitti valeat, ve-  
nerabiles adeò Ritus, ac traditum à Patribus,  
sancteque ab Ecclesia servatum hujusmodi Sa-  
cramentalium usum, penitus aboliri; vel eo-  
rum contemptui, aut erroribus circa eadem indu-  
cendis, vel jam conceptis amplius confirman-  
dis, occasionem præberi; itcirco omnibus dic-  
torum Regnorum Missionariis stricte præcipi-  
mus, ut hac dispensatione benigne à Nobis in-  
dulta, nonnisi certis in casibus, & cum gravis  
id necessitas postulabit, de quo eorum conscientia-  
tiam oneramus, utantur, nec nisi in prædictis  
casibus salvare usum in administratione Bapti-  
matis possiat omittere, & occultas adhibere in-  
sufflationes; modo ii, qui se baptizandos offe-  
runt, in ea non sint opinione, ut credant sali-  
vam, atque insufflationes hujusmodi ineptam esse,  
atque indecentem Sacramentalis Ritus materiam;  
qui enim a deo falsa, atque distorta persuasio-  
ne imbuti essent, tamquam indigni, & incapaces  
Sacramenti Baptismatis licet suscipiendi,  
ab eo repellendi essent. Volumus autem, at-  
que omnibus & singulis prædictorum Regno-  
rum & pœscopis & Missionariis in virtute san-  
cta obediencie præcipimus, & expresse jube-  
mus, ut & communibus studiis atque consilis  
& singuli pro viri parte, intra prædictum de-  
cenni tempus, omnibus viribus nervisque con-  
tentant, & quemadmodum fuerat eislem à san-  
cta memorie Praedecessore Nostro imperatum,  
non intermissis laboribus assidue curent, ut ex  
illarum Gentium animis errorum tenebrae, ma-  
lefactaque opinions, quibus obsecrantur, &  
miserrime detinentur, penitus discussæ, ac ra-  
dictiū evulsæ eliminantur. Ut vero indultum  
prorogarumque à Nobis tempus, sanctissimis  
Romanae Ecclesiæ cæremoniis prædictis, que  
tamquam à Sede Apostolica commendatae atque  
inculcate fuerunt, faciliter apud Nationes illas  
introducendi verè conducat, utque ulterior  
hujusmodi Rituum prætermisso (quam tamen  
extra verę necessitatis casus, ut supra, nulla-  
tenus concessam aut licitam esse, iterum decla-  
ramus), alendis Populorum erroribus, argue  
difficultatibus augendis confirmansque anfan-  
non præbeat; universis Gentium illarum Epis-  
copis, & Missionariis prædictis notum esse volu-  
mus, hoc exacto decennio, nullis aut preci-  
bus, aut rationibus, quæ porrigi, proferrique  
unquam possent, aliam denuo prorogationem  
concessum iri.

§. 33. Ad tertium denique quod pertinet  
postulatum, ut nempe apertius atque distinctius  
declaretur Decreti articulus, quo laudatus bo-  
nae memorie Carolus Thomas Cardinalis Tur-  
nonius sancivit, ut Missionarii ad Pareas ægrotan-  
tes accedant, ut Sacramenta desiderantibus  
etiam domi administrent, ut denique illis om-  
nia præstant spiritualia subsidia, quæ Charitas,  
Religio, & Officii ratio Evangelicis Operariis,

nullo discrimine, nulloque respectu, Fidelibus  
universis, aduersa præserim valetudine confli-  
ctaris, administranda præscribunt: nemo profet-  
tò non vides quantumvis maximæ proponan-  
tur difficultates, in quas incurtere Millionarii se  
posse dicunt, si huic præcepto tam jutto, tam  
sancto pareat velint; serendum tamen nullo mo-  
do esse, quod Casas humitorum hujusmodi ho-  
minum ex morbo decumbentium subire recusent,  
atque illos in summo etiam vitæ discrimine, aut  
Sacramenta omnino carere finant, aut falem eo-  
rum tem percipliendorum maximam illis ingerant  
difficultatem. Nulla etenim apud Deum est  
personarum acceptio; nec ullum despiceret fas  
est eorum, quos Unigenitus Dei Filius per no-  
vam generationem sibi conjunctos, non con-  
funditur Fratres vocare; quin immo elegit Deus  
pauperes in hoc Mondo, divites in Fide, &  
baredes Regni, quod reprimis diligenteribus fe-  
Quæ qui contemnunt, exhibitorantes pauperem,  
& Fratrem humilem confundentes in humilitate  
sua, hi porrò longè nimis discedunt à doctrina,  
& exemplo Christi Domini Salvatoris Nostri,  
qui Nos, non Divina tantum voce, sed mag-  
nis etiam atque illatibus factis edocuit, quan-  
ti apud Nos esse debeat, qui pauperes, atque  
abjecti per Mundi infaniam vocantur: Ecce  
enim, ajebat S. Gregorius Pontifex Maximus,  
ire non vult Filius Dei ad Filium Regum, & ta-  
men venire paratus est ad salutem Servi. Cariè si  
nos cujuspiam Servus rogaret, ut ad eum ire de-  
beremus, protinus nobis nostra superbia in cogi-  
tatione tacita responderet, dicens: non eas, quia  
temetipsum degeneras, honor tuus despiciunt, lo-  
cus vilescit. Ecce de Cœlo venit, qui Servo in  
Terram occurtere non despicit.

§. 34. Quare ut gravissimo huic malo reme-  
diū afterrent Praedecessores nostri Romani Pon-  
tifices Gregorius XV., Alexander VII., & Cle-  
mens IX. in suis Apostolicis Litteris die xxxi.  
Januarii Anni MDCCXII., die xviii. Jan. Anni  
MDCLVIII., & die xii. Septembri Anni MDLXIX.  
reflexive datis, omni animorum contentione,  
atque zelo obtinere curarunt (quod & Nos eo-  
rum vestigiis inherentes summoperè optamus,  
& quantum in Domino possumus, districte præ-  
cipimus, & mandamus), ut Nobiles cum Ple-  
beis in unam eandemque Ecclesiam convenien-  
tes, una simil Divini verbi pabulo reficerent,  
& Ecclesia Sacra menta recipierent, utque Mi-  
sionarii Regnorum, Provinciarumque Orienta-  
rium Indiarum, sui officii memores, ita animo  
essent comparati atque dispositi, ut non fecus ac  
Nobilibus, abjectis quoque, & infirmis fortis  
hominibus, in iis, que ad spiritualem eorum  
profectum pertinent, præsto essent, illisque in  
propriis etiam dominibus etiæ humillimis ac for-  
didis, Sacrum Viaticum ministrare minime re-  
fusarent. At, quod maxime Nos angit, sive ob  
immodicum illum horum, qao claro genere  
nati infirmæ Plebis homines, ut fertur, ita aver-  
santur, ut vel illorum contactu se commaculari,  
nobilitateque, & gradu cadere sibi persuadeant,  
(qui tamen horum cum sit Christi lege damnatus,  
è Christianorum animis omnino est elimi-  
nandus); sive ob patrias leges, imperiaque  
Regum idololatrarum, quibus Christiani in iis  
Regionibus subjiciunt, aliave tandem de cau-  
sa id evenerit; frustra certè fuerunt Prae-  
decessorum nostrorum consilii, paternæ exhorta-  
tiones, præcepta demum, quies usi sunt, ut infi-  
mi hujus generis hominum conversioni ac salu-  
ti procurandæ, quantum optaverant, plenè con-  
sulerent, atque providerent.

§. 35. Cum vero & Nos. Christi Domini  
documentis, Praedecessorumque Nostrorum exem-  
pli excitati, anxiè cogitaremus. quâ ratione  
illud tandem re ipsa consequi possemus, quod  
eodem Praedecessoribus Nostris tantopere cordi-

1744.

Idque con-  
firmat ex Sa-  
cra Scriptu-  
ris, & Patri-  
bus.

Praedecesso-  
rum super eo  
præcepta re-  
rovat, &  
nondum im-  
pleta dolet.

Missionarii  
Societ. Jesu  
proponunt  
Pontifici se  
aliquos de-  
putaturos ad  
principiam  
Paresrum  
curam.

1744.

suit; opportunè accidit, ut Societatis Jesu Missionarii, quorum villicationi Regnum Madurensis, Maysturense, & Carnatense Missiones potissimum concretæ sunt, postquam declarari à Nobis articulum de Pareis postularunt, patatos se Nobis obtulerint, pollicitique sint (modo id Nos ipsi probaremus) certos aliquos delegare Missionarios, qui Pareis convertendis, dirigendisque præcipue dent operam. Quod quidem eorum consilium, quo Parearum conversioni & saluti sati bene consultum fore confidimus, paterno gudio suscipientes, pro temporum circumstantibus probandum, commendandumque esse duximus, oblationisque Nobis factæ, ac religiosi promissi exemplum ab eorum Præposito Generali subscriptum, in hujus Romanæ, atque Universalis Inquisitionis Tabularium referri, perpetuoque affervari mandavimus.

Et charitatem erga omnes inculcat ex doctrina Apostoli, & ipsius Christi.

Jubet depu-  
tari sufficien-  
tem numerum Mi-  
sionariorum,  
qui Pareis  
affistant.

Et alios  
aliorum loco  
subrogari.

Et de hujus  
Decreti im-  
plemento do-  
ceri intra  
quinquen-  
nium, & de  
superiori in-  
tra decen-  
nium.

tum, ne Missiones illas tot Viatorum laboribus ac sanguine fundatas deferamus, à quo fanè longissime absimus; decernimus, & mandamus, ut ait Missionarii five Sæculares, five Regulares ex alio coetu, vel in instituto, in ea Regna mittantur; ut experiamur num Deus, cujus incomprehensibilitia sunt judicia, in aliorum Operariorum vilificationem divitias misericordia sua effundere decreverit, eorumque labore, atque industria illos fructus in praefatis Regionibus & Gentibus producere, quos Missionariorum nunc ibi laborantium fudoribus, nulla licet ipsorum culpâ vel omissione, consequi non potuerimus.

§. 36. Præmonemus itaque in primis Partium illarum Missionarios universos, ut quæ Apostolici eorum ministerii erga Fideles omnes ex Divina institutione potissimum partes sunt, minimè obliviscantur; ac serio perpendentes, quod inter eos, qui filii Dei sunt, per Fidem quæ est in Christo Jesu, juxta doctrinam Apostoli, jam non est servus neque liber, non est masculus neque foemina, sed omnes unum sunt in Christo Jesu; quod iple quoque Salvator noster à Deo Patre suo postulaverat pro omnibus, qui credituri eram per verbum Discipulorum in ipsum, rogans nimis: *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, & ego in te, ut & ipsi in Nibis unum sint, ut credat Mundus, quia tu me misisti; novos credentes instaurant, oportere illos eo mutuæ charitatis vinculo inter se colligari, ex qua velut tessera, & Divini Filii ab æterno Patre missionem, & Christianæ Religionis veritatem facile Gentiles agnoscant.*

§. 37. Deinde vero tot statim pro Pareis Missionarios deputari volumus & præcipimus, quot necessarii, & re ipsa sufficietes reputabuntur, pro eorum debita cura singulis in locis exercenda; qui peculiari studio corundem domos, ubi ægrotant, pro viribus petant, ad eos invisidos, ac piis sermonibus, ac precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, eosque demum in extremo vitae discrimine confititores sancto insirmorum Oleo delinquentes, absque Personarum, aut sexus exceptione. Ubi vero contingit præfatos Missionarios ad Parearum curam præcipue deputatos, aut eorum aliquem, è vivis excedere, vel alio abire; alterum, alterius loco continuo subrogari mandamus; & intra spatium quinquennii à die actus præsentium, certissima atque authentica documenta de mandatorum nostrorum executione Apostolicae Sedi reddi debere præcipimus; Quod si intrâ quinquennii spatium hujusmodi documenta redditia minimè fuerint, vel iis redditis, minimè confititerit alios Missionarios ad præcipuum illam Parearum curam exercendam subrogatos fuisse in eorum locum, quos vel obiisse, vel alia de causa officio deesse contingit: tum etiam, si intra spatium annorum decem, omnes non fuissent adhibitæ diligentia, que tam à Prædecessoribus nostris, quam à Nobis ipsis superioris præscriptæ sunt, ad evincendum expellendumque horrorem, quo Gentes earum Regionum insufflationes atque Salivam in Sacramenti Baptismatis administratione & susceptione, aversari dicuntur: de quo tamen minimè dubitate Nos finit filialis obedientia, quam ii præ ceteris Missionarii in Apostolicam Sedem se profiteri gloriabantur; aut denique si omnes adhibitæ diligentia frustrâ cessissent: quod secus fore confidimus, dum mentis nostræ oculos ad Misericordiarum Patrem, totiusque consolationis Deum, cuius agitur causa, convertimus; in quemcumque even-

tum, ne Missiones illas tot Viatorum laboribus ac sanguine fundatas deferamus, à quo fanè longissime absimus; decernimus, & mandamus, ut ait Missionarii five Sæculares, five Regulares ex alio coetu, vel in instituto, in ea Regna mittantur; ut experiamur num Deus, cujus incomprehensibilitia sunt judicia, in aliorum Operariorum vilificationem divitias misericordia sua effundere decreverit, eorumque labore, atque industria illos fructus in praefatis Regionibus & Gentibus producere, quos Missionariorum nunc ibi laborantium fudoribus, nulla licet ipsorum culpâ vel omissione, consequi non potuerimus.

§. 38. Et quamquam confidimus Missionarios nunc & pro tempore ibi existentes, pro suo erga Apostolicam Sedem obsequio, ab excitandis turbis alienos futuros, nec ulrum justificibus Nostris obstatum aut impedimentum allatu, si dum ipsi in iis Regionibus commorantur, eò novi Missionarii accederent, ibique versarentur; tamen quoniam Apostolici muneri id à Nobis ratio exigit, ut caveamus pericula, quæ Christianæ charitati offendicula esse possent; hinc est, quod Societatis Jesu Missionarii, qui in Madurensi, Maysturense, & Carnatense Regnis tunc erunt, virtute sanctæ obedientiae jubemus atque præcipimus, ut quicumque casus ex supradictis evenerint, quo vel omnia, vel aliqua ex his, quæ per præsentes Literas Nostras circa præmissa decrevimus & observari mandavimus, intra præsinitum respectivè tempus, integrè, exactèque, ut par est, impleta non fuerint, sive id ex eorum facto, sive ex omissione, sive ex prava, & contra literalem earumdem prælantium sensum differentiæ & voluntatis nostræ interpretatione, sive demum ex qualibet alia causa, etiam de necessitate exprimenda, id contigerit; flatim, relictis predictarum Regionum Missionibus, quarum in iis Regnis exercendarum, & quocumque titulo, etiam deputatorum ab Episcopis, seu Ordinariis Locorum, aut simplicium suæ Religionis Presbyterorum, seu quolibet alio colore prosequendarum, jure omni, officio, & facultate ex eo tempore in posterum jam nunc eos à Nobis privatos, & immunitos declaramus, atque ex nunc prout ex tunc, & è conu, auctoritate Apostolica, & earumdem præsentium tenore privamus, & immunitus, illico, non expectata alia noslā, & Sedis Apostolicae declaratione, iustione, aut sententia, in Europam revertantur, ubiores, ut speramus, in hinc Partibus fructus relaturi.

§. 39. Demum, eti in Missionarii, qui modendas censuras, dispensandum super insufflationum, & Salivæ Ritu in Sacramento Baptismatis administrando, atque articulum de Pareis declarandum postulaverunt, nil difficultatis præfeturient circa alia capita Decreti predicti Caroli Thomæ Cardinalis Tauricelli, & Apostolicarum Literarum Clementis Papæ XII., quarum initium *Compertum, exploratum;* ex aliorum nihilominus Literis irgenti Nostro dolore accepimus, ex Missionarii alios esse, qui nullâ habitiæ interdicti à præfato Cardinale Taurino lati, amplissimeque à Prædecessore nostro confirmati ratione, eo usque progrediuntur, ut Christiani Mulieribus gestare permittant monile collo suspensum, contræ tesseram Matrimonii, quod Regionis illius lingua *Taly* denominatum, effigiem quamdam habet informem Idoli, quod profanis earum Gentium rupti præsidere fertur; ipsisque pariter Fidelibus, quo tempore ab illis ruptæ celebrantur, permittant fructum, vulgo *Cocco* nuncupatum, frangere, ad hoc ut futurorum inde auipicia vel fausta, vel infesta defulant: Mulieribus demum, cum membris detinentur, Templi accessu, & salutari Fænitentiæ Sacramento interdicant. Quam

obrem

Fractio Coca  
co.  
Denegatio  
ingressus Ec-  
clie Malte-  
ribus men-  
struatis.

Recententur  
ali abusus  
in iis Missionibus  
ut fer-  
tur, perse-  
rante.

Gestatio  
TALY.

Aliis novos  
Missionarios  
in ea Regna  
mitendos  
faucti

Et supradic-  
tos in Eu-  
ropam rever-  
ti jubes, ful-  
lata cedem  
facultate  
exercendi  
Missiones.

1744.  
Tiques dam-  
natur.

obrem Nos animo reputantes, quam sit execrandum, Mulieres illas, quae sub Crucis vexillo militant, ornatas incedere hujusmodi insignibus, quae aut Idolatriam importent, aut de Gentilitatis superstitione suspecta sint, prout dubio procul est memoratum Taly, necessariò proinde damnatum: quamque Christifideles dedecat, ritus, ceremonialiaque sequi, vel imitari, ethnicam superstitionem redolentes, quæ certè non vacat illa nuptiarum tempore in prædictis Regionibus ultata præfati Cocco diffractione, qua idcirco jure & merito pariter reprobata digneatur; quam denique iustum sit, mensum tempore minime arcere Templis, & salutari Poenitentiae Sacramento fideles Mulieres, quas laudabili praxi admittit Ecclesia, Redemptoris vestigiis infusens, qui sanguinis fluxu laborantem non abjectit: Si enim, ut olim scriptis laudatis S. Gregorius Magnus, in sanguinis fluxu posita laudabiliter potuit Domini vestimenta tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non licet Domini Ecclesiastam intrare?

Et injungit obseruantia & exercitio Decretorum S. Sedis, quæ in omnibus confirmantur.

§. 40. Hac inquam reputantes, ac relatis & minime ferendis abusibus pro Apostolici munera ratione remedium adhibere quam maximè cupientes, mandamus, & virtute sanctæ obedientiae, tenore præsentis nostræ Constitutionis perpetuæ legis vim habiture, jubemus atque diffite precipimus universis Episcopis, atque omnibus & singulis tam Sæcularibus, quam Regularibus ex quocumque sint Ordine, Congregatione, Instituto, nominatimque ex Societate etiam Iesu, in Orientalium Indianarum Regnis Madurensi, Mayturensi, & Carnateni exilientibus Apostolicis Missionariis, ut omnia & singula, quæ in supra insertis Clementis Pape XII. Literis, quarum initium *Compertum exploratumque*, quas etiam auctoritate nostra, quatenus opus sit, in omnibus, & per omnia approbamus, confirmamus, & innovamus, contenta sunt, tam quæ supradicta capita respiciunt, quam alia quacumque per eadem Literas præscripta, & definita, ad eorum normam, que idem Prædecessor Noster alteris pariter superius inseritis Apostolicis Literis, incipientibus *Concredita nobis*, constituit & satxit, non solum ipi pro virili parte integrè, exactè, absoluè, inviolabiliter, perpetuèque observent atque adimpleant, verum etiam, quantum in ipsis est, ut ab universis Fidelibus, qui eorum curæ sunt concreti, exactè serventur & impleantur, omni studio ac viribus carent atque contendant.

Adhortatio Pontificis ad Episcopos & Missionarios.

§. 41. Denique eosdem Episcopos, & Missionarios omnes rogamus & obsecramus per Dominum Jesum Christum, & per charitatem Sancti Spiritus, ut nihil aliud sapientes, præter id, quod à Nobis & à Prædecessoribus Nostris constitutum fuit, salutare Dei, quod per eorum ministerium Regionum istarum Gentibus missum est, parti zelo ac puritate propagare non intermittant; omnique studio dent operam, ut nendum in novellis Christifidelibus veteris hominis vestigia penitus expungantur, deleanturque, verum etiam quæcumque vel symbola, vel imagines, aut figure, atque omnis demum species mala, ipsaque veluti umbra, & odor ethnicæ superstitionis ab ipsis eliminentur; illud cogitantes, ejuusmodi ceremonias, vanisque observationibus, quæ Idolatriæ reliquæ sunt, earum Gentium animos inextricabilibus veluti laqueis irretiri, ac vetustos ali confirmando errores, quibus miserè detinebantur. Quod si aliquos Regionum illarum Fideles, veluti parvulos adhuc fluctuantes, Paganorum contemptus, contumelias, aut persecutions, propter Ecclesie preceptorum, & Rituum obseruantiam, formidate confixerint; illud ipsis illusione monitum, quod Sanctus Augustinus Ecclesie

Doctor in pari argumento reliquit, commemo-  
rate, atque inculcare non delinquant: Si queri-  
tis, unde vincentur Pagani, unde illuminantur;  
quodque ad ipsos Evangelii præcones præcipue  
dictum esse dignoscitur: Si queritis unde ad vi-  
tam vocentur; deserite solemnitates eorum, dese-  
rite magas ipsorum.

§. 42. Volumus autem, atque decernimus, eadem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti Mi-  
sionarii, eorumque Procuratores, & alii qui-  
cumque in præmisso interessu habentes, seu  
habere quomodolibet prætententes, cuiusvis statu-  
tus, gradus, ordinis, præminentia, & digni-  
tatis existant, seu alias specifica mentione & ex-  
pressione digni, illis non consenserint, nec ad  
ea vocati & auditri, causæque, propter quas  
præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, ve-  
rificatae, & justificatae non fuerint, aut ex alia  
qualibet, etiam quantumvis juridica, & privile-  
giata causa, colore, prætextu, & capite, etiam  
in corpore juris clauso, nullo unquam tempore  
de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis  
vitio, seu intentionis Nostræ, vel interessu  
habentium consensus, aliove quolibet, etiam  
quantumvis magno, & substantiali, ac inexco-  
gitato, & inexcoigitibili, individuamque expres-  
sionem requirente defectu, notari, impugnari,  
infringi, invalidari, retractari, in controver-  
siam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu  
adversus illas aperitionis oris, restitutioonis in  
integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel  
gratia remedium intentari, vel impetrari; sed  
ipſas præsentes Literas semper firmas, validas,  
& efficaces existere & fore, quibuscumque ju-  
ris, seu facti defectibus, qui adversus illas,  
etiam quorumvis à Sede præfata concessorum  
Privilegiorum prætextu, ad effictum impedien-  
di, seu retardandi earum executionem, quovis  
modo, seu quavis ex causa opponi, seu obji-  
ci possent, minime refragantibus, suos plena-  
rios, & integros effectus sortiri & obtinere,  
easque propterea, omnibus & singulis quomo-  
dolibet atlatis, seu afferendis impedimentis pe-  
nitius & omnino rejectis, ac nequaquam atten-  
tis, ab illis, ad quos spectat, & pro tempore  
quandocumque spectabat inviolabiliter & in-  
concusse servari; siveque, & non aliter in præ-  
missis per quoscumque Judices Ordinarios, &  
Delegatos, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ec-  
clesia Cardinales, etiam de Latere Legatos, &  
præfatae Sedis Nuntios, aliosve quolibet qua-  
cumque præminentia, & potestate fungentes  
& functuros, sublata eis, & eorum cuilibet qua-  
vis aliter judicandi, & interpretandi facultate &  
auctoritate, judicari & definiri debere, ac irri-  
tum & inane, si fecus super his à quoquam  
quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-  
tingerit attentari.

§. 43. Non obstantibus præmissis, &, qua-  
tenus opus sit, Nostra, & Cancelleria Aposto-  
lica regula de jure quæsiō non tollendo, aliusque  
Apostolicis, ac in Universalibus, Provinciali-  
bus, & Synodalibus Conciliis editis generali-  
bus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; necnon quoruncumque Ordicium,  
Congregationum, Institutorum, & Societatum,  
etiam Iesu, & quarumvis Ecclesiarum, & alii  
quibuslibet, etiam juramento, confirmatione  
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretis  
Statutis & consuetudinibus, ac præscriptionibus  
quantumcumque longissimis, & immemorabilis-  
bus; privilegiis quoque, Indulgis, & Literis  
Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Insti-  
tutis, & Societatis, etiam Iesu, ac Ecclesie  
prædictis, aliosve quibuslibet personis, etiam  
quantumvis sublinibus & specialissima mentio-  
ne dignis, à Sede prædicta ex quacumque  
causa, etiam per viam contractus, & remunera-

1744.

Clausulae ef-  
ficaces pro  
omnimo-  
præsentium  
executione.

Aliet judi-  
cari, & in-  
terpretari  
prohibetur,  
cum Decre-  
to irritanti.

Contrarii  
quibuscum-  
que deroga-  
tur.

1744.

tioris, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoris, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitus clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque Personarum, etiam Imperiali, Regali, aliâ qualibet mundanâ, vel Ecclesiastica dignitate fulgentium instantiam, aut eatum contemplatione, seu aliâ quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantuscumque vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, exprimerentur, & inservientur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habeentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceteris que contraria quibuscumque.

§. 44. Quia vero difficile foret, Litteras hujusmodi originales ubique ostendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus, illarum transsumptis seu exemplis, etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eamdem proposita fidem tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsius præsentibus, si forent exhibitæ, vel offensæ.

§. 45. Insuper volumus & expresse mandamus, ut eadem præsentis Literæ, seu earum exempla, etiam impressa, nonficiuntur & intimentur omnibus & singulis memoratorium Missionariorum, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam Iesu, Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generibus, ad hoc ut, tam suo, quam prædictorum eis respectivè Subditorum, seu inferiorum nomine, ipsas Literas fideliter exequi, & observeare spondeant, actumque sponsonis hujusmodi in scriptis reddant; earum vero exempla prædicta, præter ea, quæ à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, ad Episcopos prædicatorum Regnum, legitime publicanda, de mandato pariter nostro, transmittantur, idem Superiores, aut Procuratores Generales pluribus viis, quanto citius fieri poterit, transmittant ad eodem suos Subditos, seu Inferiores in Regnis supradictis degentes, cum arctissimis præceptis, easdem Literæ, & in eis contenta quæcumque plenariè, & integrè, ac verè, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia similiter exequendi, & observandi.

§. 46. Et nihilominus, quoctunque modo earundem præsentium exempla in prædictis Regnis legitimè publicata fuerint & promulgata, volumus, ut Latinum post hujusmodi publicationem, omnes & singulos, quos conceruent, seu concernent in futurum, périnde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimata & notificata fuissent.

§. 47. Nulli ergo omnino Hominum licet paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, declarationum, decretorum, præceptorum, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac

Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Magorem, Anno Incarnationis Domini millesimo septuagesimo quadragesimo quarto, pridie Idus Septembris, Pontificatus Nostræ Anno Quiato.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretarii Brevium.  
Loco † Plumbi.

Public. die 7. Octobris ejusdem Anni.

1744.

Dat. die 12.  
Sept. 1744.

CVIII.

Fides præ-  
stantia trans-  
sumptis.

Tenor præ-  
sentium in-  
timetur Su-  
perioribus  
Missionario-  
rum, qui ea-  
rum execu-  
tionem pro-  
mittant, &  
a Subditis  
exigant.

Earumque  
exempla ad  
illos trans-  
mittant cum  
opportuni  
præceptis.

aliter

Ipsæque præ-  
sentes semel  
publicatae  
omnes affi-  
ciant.

Sanctio pos-  
tialis.

Q UONIAM ita comparatum est, ut ea, quæ aliâ accuratissimè expensa, & concordibus cum virorum pietate, ac sapientia inlin-  
guum suffragis à Nobis ipsi sancita ac decreta fuerunt, novis deinceps supremæ Apostolicæ auctoritatis documentis approbata, & confirmata, universi Christifideles majori cum fide, constantia, ac veneratione accipere, & debita executioni mandari confuerint: Exapropter Decretum, quod nuper super casu excepto à Decretis fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri in Causa B. Nicolai Albergati eidem, novo Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communire satagimus. Hujusmodi autem Decretum est tenoris, qui sequitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

§. 1. Singulare Divina providentia consilium esse videtur, quod Nobis reservaverit initium, & progressum, quoque fieri potuit, Causæ B. Nicolai Cardinalis Albergati, qui Anno MCCCCXLIII. decepit: Quo cum Nos & patriam communem, & eundem Cardinalis Titulum Sanctæ Crucis in Hierusalem sortiti sumus; eademque Bononia Ecclæsia, cuius ipse Episcopus inaugurus est Anno MCCCCXVII., & ad mortem usque gubernavit, Nobis pariter gubernanda tradita est, & ad hanc usque diem gubernamus.

§. 2. Cum in minoribus Promotorem Fidei age-  
remus, Canonizationis ejus causam inducere tan-  
tatum est. Quod autem iunc perfici minime potuit,  
id tandem in Congregatione Rituum habita die xx.  
Julii MDCCXLIV., dilecti filio nostro Card. Pompe-  
jo Aldrovandi iunc Prodotorio, nunc Æmilia Le-  
gato, referente, fuit deliberatum; atque ejusdem  
causæ introducenda, prout moris est, commissio  
manu nostra perquam libenter signata prodit.

§. 3. Decretis itaque Urbani VIII. Prædece-  
soris nostri inherendo, subiecti debebat examini ob-  
servantia eorumdem Decretorum; & cum Nobis  
comperium esset, in Archiepiscopali Curia Bononiensi Anno MDCL, auctoritate Ordinarii conditum fuisse Processum, in quo varia documenta, ac  
testimonia de observantia prædictorum Decretorum  
afferebantur; atque inde etiam deducebatur, scien-  
tia, assensu Episcoporum Bononiensium publi-  
cum cultum fuisse exhibitum B. Nicolao Albergati  
toto tempore, quod Urbani VIII. Decreta exigunt.  
Præterea Jacobum Boncompagni Cardinalem Ar-  
chiepisc. Bononiensem Anno MDCCXXV. sententiam de  
more pronunciasse, qua cultum illum ad formam  
iporum Decretorum exhibitum fuisse comprobabat,

Proclam.

Tenuit De-  
creti editi  
in causa B.  
Nicolai.

Introduc-  
tio.

Processus &  
Sententia Or-  
dinarii super  
causa excepta  
à Decr. Urb.  
VIII.

§. 4. Nos